relationē. Scd̄m qualitatem ſumiẗ hec
diuiſio peccatoꝝ aliud ē cōmiſſi. aliud eſt
delicti. quorū primū ē preuaricatio pre
ceptorum negatiuorū ſcd̄m ē pͧuaricatō
preceptorum affirmatiuorū. Item pre
dictum pccm̄ ē duplex cōtra duas ꝑtes
iuſtitie que ſūt declinare a malo. ⁊ facere
bonū. item alia diuiſio ſūitur ſecūdū qua
litatem ſic peccatorū quedã ſūt carna
lia quedã ſpūalia. ſed carnalia ſūt maio
res ifamie ſpiritualia vo maioris culpe.
Secundū quãtitatem ſūitur hec diuiſio
peccatorum aliud ē mortale aliud eſt ve
niale. quorū primum dr̄ peruerſio. ſcd̄m
vero inordinatio. quoniam peccatū mor
tale eſt auerſio totalis a bono. cōmutabili
⁊ conuerſio totalis ad bonum icōmutabi
le. Sed peccatum veniale eſt amor vo
luptatum in creatura citra deum. tamen
ſecundum relationem ſumitur hec di
uiſio peccatorum. aliud eſt originale.
aliud actuale. Ultima diuiſio eſt ſecun
dum cauſam finalem. ⁊ hoc dupliciter.
quia vel ſecundum ipſuꝫ appetibile. vel
ſecundum actum hominis appetentis.
Secundum ipſum appetibile ſumitur
hec diuiſio. Omne quod i mundo ē aut
ē ꝯcupiſcētia carnis aut ꝯcupiſcētia ocu
lorum. aut ſuperbia vite quorum primū
eſt appetitus delitiarum. ſecūdū appeti
tus diuitiarū. tertium eſt appetitus ho
norum. Secundum actum hominis ap
petentis diuiditur peccatum in ſeptem
vitia capitalia. Superbiam. Inuidiam
Iram Accidiam. Auaritiam Gulam ⁊
Luxuriam. Nota quod quinq; ſunt ge
nera operum. Nam quedam ſunt ma
la in ſe. vt illa que ſecundum ſuam natu
ram mala ſunt poſſunt tamē per aliquã
circunſtantiam fieri bona vt homicidiū
Quedam ſunt mala ſecundum ſe ut illa
que per nullam circunſtantiam poſſunt
fieri bona ſicut eſt odire deum fornica
ri: ⁊ huiuſmodi. Quedam ſunt bona
in ſe ut que ſunt bona ex genere tamen
pñt fieri mala ex circūſtãtia ſicut ē dare

elemoſynā Quedam ſūt bōa ſcđz ſe. vt
que p nullam circūſtantiam poſſunt fieri
mala. ſicut ē diligere deum ex charitate
Quedā ſunt in dr̄i ı. ut que nec bōa nec
mala ſunt p̄nt tamē fieri vel bōa vel ma
la. ſic eſt mouere pedē ſine liberatione. I
quandoq̄ȝ comedere.

De effectu peccati. Cap. vii.

m Ultra mala facit hōi peccatum. ⁊
ante morteȝ ⁊ in mortem ⁊ poſt
mortem. ante mortē peccatū hec mala o
peratur. Naturalia vulnerat. vt ſignifi
catur in illo q̄ incidit in latrones. Item i
tellectus obſcuratur i cognitione veri.
⁊ affectus tepeſcit i operatione bōi. Gra
tuitis ſpoliat. Tre. quarto diſperſi ſūt la
pides ſāctuarij ⁊c̄. Sȝ ne aliquod bonuȝ
pereat illa bona ōpa que quis peccando
mortificat alijs ſaluādiſ dabūtur. ſicut qñ
corporali morte quis moritur frēs ⁊ pro
pinqui in bōis eius ſuccedūt. aiam macu
lat. Tre. quarto. Denigrata ē ſuper cābo
nes facies eoruȝ. ad penā eternā obligat
Geñ. ſecūdo. Quacūq̄ȝ die comedris. itē
conſcientiā amaricat. Jere. cap. 2°. Uide
q̄ȝ malum ⁊ amarū eſt te dereliqſſe deū
tuum. Cor idurat prouer. ca. xviii. Pec
cator cū in profundū peccatorū venerit
contēnit. Inſenſibilem reddit. Geñ. ca.
19. Uiſus eſt ei quaſi ludens loqui. Simi
le hēs in cane ſubmergēdo qui non ſen
tit lapidem i collo. donec in aquā extra
nauē proijciatur aiam occidit. q2 vera ui
ta i. deo priuat. p°. Reg. 31. Saul irruit i
gladium ſuū. Sed nota q̄ peccatū vēia
le diſponit ad mortem. Mortale vō dat
infert mortem. ſed obſtinatio detinet in
morte. a. ı alii peccata trahit Gre. Pec
catū quod per p̄niam nō diuiditur mox
ſuo pondere ad aliud trahit. Exempluȝ
hēmus in Chaym. qui egreſſus i agruȝ
occidit frēm ſuum. abel. Exemplū hēs i
figura. Coruus egreſſus de archa inter
ceptus eſt aquis. Et dina egreſſa vt ui
dret ⁊c̄. v̄ginitatē amiſit. Et iudas egreſ
ſus xp̄m tradidit. Et p⁹ adulteriuȝ Da
uit ſecutum ē hōicidium. Et ſic pȝ q̄ pecca
tum ē pena peccati. Peccatū. n. ſecūdū
q̄ in ſe ē culpa precedentis pecci dr̄ pēa
⁊ ita dr̄ aliquid ſimul culpa ⁊ pena. ſȝ rō
ne actionis culpa. dicitur vero pena rōe
paſſionis. q2 culpa ē quod facimus. pēa
vero qđ patimur. Licet igit̄ ois culpa ſit
a nobis: non tñ ois pena eſt a nobis. imo
quedam ē a nobis acta. quedā a deo iſlic
ta quedā a p2imiſ parentibus contracta.
Et q2 cū quis facit qđ non dȝ iuſtum eſt
peti qđ dȝ. Ideo ois pena ē iuſta ⁊ a di
uina prouidētia ordinata. Qđ aūt vnuȝ
peccatū naſcat̄ ex alio ſic apparet. Sup
bia que uult oēs excellere dolet ſi aliqs
ei equatur. ⁊ ſic ex ea naſcitur iuidia. In
uidia vero q2 de facili iraſcit̄ ei cui inui
det ideo ex ea naſcitur ira. ſȝ ira cū non
pōt ſe uindicare triſtat̄. ⁊ ideo ex ea naſci
tur accidia. accidia vero cōſolationē que
rens in exterioribꝰ facit auarum. auari
tia aūt quia in t̄p̄alibus abundat pōt ma
gis exercere gulā. Gula vero pp̄ vētris
repletionē de facili ſpumat in libidinem
⁊ ita generat luxuriā. itē bona que ſiūt i
fructuoſa reddit. ⁊ q̄ſtū ad meritum ⁊ q̄ȝ
tum ad premiū. ſicut ramus preciſus ab
arbore nō profert fructū. ſȝ areſcit ⁊ ha
bilitat̄ ad icendiū. De talibus dr̄ deute
ro. cap. xxviii. Maledictꝰ eris igrediens
⁊ egrediens. ſ. eccleſiaȝ materialē ad orā
dum. q2 taliū orō nō ē meritoria. imo di
cit Aug. q̄ ſi tales crucē ſe ſignant potiꝰ
includit in ſe diabolū q̄ȝ excludāt. q2 iam
in eis p effectum habitat. Ex hoie ſin in
fernū facit q2 in pccōre ē ignis auaritie.
fetor luxurie. tenebre ignorātie. vermis
cōſcie. ſitis cōcupiſcentie. demones p ef
fectū. ⁊ huiuſmoi. Itē tandem hoiem re
linquit uacuum. Geñ. cap. i. Terra erat i
nanis ⁊ uacua ⁊ merito. quia mūdo adhe
rentes ſuggūt vbera arida eo q̄ reliqꝫ
runt fontē vite ⁊ venā aquarum viuen
tium ⁊ palludibuſ turbidis ſe ſatiāt. item
fallendo decipit ſic lignū putridum ð no
cte lucens. ⁊ ſic eſca i hammo latens pi

ſcem decepit. Stultū hominē demōſtrat.
quia peccādo quis ſibi onus ad ſe depri
mēdum iponit. ⁊ ligna ſup dorſum ſuum
cremāda colligit. ⁊ illi ſeruit qui eū p ſe2
uitio torquebit. Aug. Stultum eſt in tali
ſtatu viuere in quo quiſ nō audet mori.
Sciendū q̄ peccatū grauat hoiem i mō
te. q2 in morte priuatur hō ſolatio viſibi
liū que dilexit. ſ. cibo. potu. amicis. rebus
lumine. require. ⁊ pp̄rio corpore. qđ nū
quā in tali forma ſuſcipiet imo vellȝ hr̄e
ſic qñ pro dimidia pte corroſuȝ eſt a vmi
bus. q2 ſtupebit aia peccatoris qñ corpuſ
reſumendū videbit. Turbabitur peccatō
in morte qñ videbit concurſū demonuȝ
ad animā parētū ad res. Treñ. ca. i. Oēs
inimici eius apprehēderunt eā inter āgu
ſtias. Poſtremo uidendum eſt qualiter
pccm̄ premat hoiem pꝰ mortem. Confu
ſionem hēbit ex malorū operū denuda
tione. pp̄heta. Naū. ca. 3. Reuelabo pu
denda tua in facie tua. Exprobrationem
xp̄i audiet in iudicio. Mathei. 25. Eſuri
ui enim ⁊ nō dediſtis mihi māducare ⁊c̄
Requie ⁊ luce priuabit. Mathei. 22. Li
gatis manibus ⁊ pedibꝰ mittite eū tene
bras exteriores. Ubi nō valebit ei ille cā
tus. Requiem eternā ⁊c̄. Suffragijs ec
cleſie nō gaudebit Iſa. 66. Uermis eo2
non morietur ⁊ ignis eoruȝ nō extingue
tur in infernū precipitabit. Exēplum de
lapide molari quē angelus in apoc. proie
cit i mare dicēs hoc impetu mittet̄ babi
lon in inferno. Adeo ⁊ electis ⁊ omnibꝰ
bonis ſuperabit. Mathei. 25. ite maledic
ti in ignē eternum. A ſtatu penitendi ca
det Iere. ca. viii. Tranſijt eſtas finita eſt
meſſis. Omis ſpes mie precidet̄. Iſa. c.
30. Non remanebit teſta vt portetur
igniculus. ſ. charitatis de icēdio aut hau
riatur parū aque de fouea. ſ. diuine mie.
Sicut ita p̄ peccatuȝ nocet i peccato exi
ſtenti hac in peccato morienti ſic quoq̄ȝ
multipliciter nocet peccatū ipſū delerē
ti ⁊ de illo penitenti. q2 gloriā prime ino
centie nunq̄ȝ recuperabit ſicut. n. corrup
ta de cetero virgo nō erit. ita ſemel pec
cās nūq̄ȝ ſe non peccaſſe gaudebit. Iſtō
multis oñditur exēplis. Nā poſt ſanatio
nem uulneris ſemp manet cicatrix. Itē
qui ſemel furatur ſemper dr̄ fur. Item
domus eius domus diſcalciati dici pōt.
Itē ſymon quem dñs a lepra mundauit
p° mundationē ſemper vocat̄ ſymon le
proſus. Item tēplum quod reedificatū fu
it pꝰ deſtructionem p̄mi. nullo mō fuit ſi
mile in pulchritudine tēplo p̄ori. Id tpa
lem penā obligat. Unde nō exibit inde
donec reddat nouiſſimū quadrantē Itē
regnū celorum nō intrabit donec ligmuȝ
fenū ſtipulā. i. pena peccatorū tam mor
taliū quā uenialium que in p̄nti ſoluta ñ
eſt ſuper ipm crematur. a gloria retādat
qđ figuratum ē in abſalon q̄ poſtq̄ȝ patri
reconciliatus fuit. tm̄ manſit duobuſ an
nis q̄ faciem eius nō vidit. quia tamdiu
differtur quis a gloria quouſq̄ȝ fiat ſine
omni macula ſicut erat in baptiſmo. Tē
pus amiſſum ⁊ meritū quod ſibi conqui
rere potuit cum premio nunq̄ȝ recupera
bit. Jere. ca. xxvi. Qui vēdit ad id quod
uendidit non reuertet̄. Obſcurat ocultū
cognitionis ⁊ hoc propter trabē que in
tuſerat propter ſtercora hirundinū que
ipſū excecauerāt. vt ſignatur in Thobiā
ca. 2. Unde Augu. Oculis egris odioſa
eſt lux ſicut noctuis ⁊ veſpertilionibus.
Et nota q̄ ad hoc de quodā ceco quē lȝ
dñs illuminauerit nō tñ ſtatim pfecte vi
dit ſȝ vidit hoies quaſi arbores ābulan
tes. affectū reddit trepidum. ſicut in pe2
vulneratus. etiā ſanatus claudicat. ⁊ ar
bor de loco ſua ammota. aliquid virtutis
ammittit. Unde dcm̄ eſt hōi poſt pecca
tum. geñ. iii. Spinas ⁊ tribulos germina
bit tibi dictuum eſt ſerpenti Geñ. tertō.
Supra pectus tuum gradieris. Faſtidi
um homini generat. Numeri. xxi. Ani
ma noſtra nauſeat ſuper cibo iſto leuiſſi
mo. Augꝰ. Palato nō ſano pena eſt pa
nis. qui ſano eſt ſuauis. Idem de ſe dixit
poſtquam conuerſus fuit. plus ualebis

malū innolitū q̄ȝ bonum inſolituȝ. Ad bñ
operandnm. impedit. Geñ. 19. Uxor. Lo
th reſpiciens retro verſa ē in ſtatuā ſa/
lis quod ſterilē facit terram. Itē in dolo
re paries filios. ſ. bonorū operuꝫ ⁊ ſcōꝝ
Ad reſiſtendū tentationibus debilitat.
Iudic. 16. Sanſon poſt criniū abſciſſiōꝫ
amiſit vires ⁊ arboꝛ leſa per ſecurim ci
to a vento deijcitur. Feruorē minuit cha
ritatis. ſicut eclypſis ſolis diu poſtmodū
nocet terre. eo ꝙ modico tp̄e ſibi virtus
radioꝝ ſoliſ ſubtrahitur. 3° R̄. 1. Rex da
uid ſenuerat ⁊ cū operiret veſtibus n̄ ca
leſiebat. Et aqua caloꝛem ignis innuit vl̄
extinguit. Doloꝛem ⁊ timoꝛē ſemꝑ iſli/
git. doloꝛem quidē. qꝛ certus de ꝑpetra
ta culpa timoꝛē āt quia incertus ē de ve
nia. Aug. Penitens ſemper doleat. ⁊ de
doloꝛe gaudeat. ⁊ nō ſemꝑ doluiſſe dole
at. Per peccatum coꝛrūpitur puritas li
beri arbitrij dupl̄r. ſ. in agēdo ⁊ ſuſcipiē
do. In agendo quidē qꝛ nō poteſt ſemꝑ
facere quod dꝫ vel uitare qd̄ nocet. In
ſuſcipiendo āt. qꝛ gr̄am ſtabilem nō pōt
ſuſcipere i hac vita. Itē coꝛrūpitur ratō
i hac vita dupl̄r. ſ. quātū ad diſcretioneꝫ
iudicij inter bonū ⁊ malū. ⁊ quātū ad deli
beratiōnē conſilij inter expediēs ⁊ inex
pediens. Itē coꝛrūpiter affectus dupli
citer. ſ. in oꝛdine ⁊ in mō. qꝛ nec ſemper ē
oꝛdinatus nec ſemper moderatus. Pec
catuꝫ multis nocet. ſ. ipſi facienti. ps. 50.
Peccatū meū contra me ē ſemꝑ. Hís q
ſūt in purgatoꝛio quos nō p̄nt pccōres
tā efficaciter iuuare. ſicut ſi eſſēt in gr̄a.
Ipſis dānatis ⁊ hoc ꝑ modū cōiunctōis
quāto. n. plures ſūt in iferno tāto maioꝛ
hoꝛroꝛ ⁊ maioꝛ pena. Fallit. n. in inferno
regula illa. Solatiū eſt miſeris ſocios hē
re pēaꝝ. Saluatis ⁊ hoc ꝑ modū abſtra
ctionis. Nam ex conſoꝛtio ⁊ ſocietate glo
rificatoꝛum augetur donū accidentale.
Deniqȝ ipſis viatoꝛibus nocet. tam ꝓ
eo ꝙ acies eorū cōtra demones minuit
in illo qui peccatū ꝑpetrat tū ꝓ eo ꝙ
alios malo exemplo coꝛrūpit ⁊ ſcandali

zat. Multa mala ſimil̄r eueniunt hōi ex
eo ꝙ in peccatū a quo per p̄niam ſurre
xerat recidiuat. Primum eſt. qꝛ hō fit i
potentioꝛ ad reſurgēdū. Heb. vi. Impoſ
ſibile ē eos qui ſemel illuminati ſūt ⁊ gu
ſtauerunt ⁊c. ⁊ pꝛolapſi ſunt iterū reno/
uari. Secundū eſt ꝙ vitium foꝛtificatur
ad impugnandum. Aug. de ſe loquitur.
Plus inquit valebat malū inolitū q̄ȝ bo
nū inſolitum. Tertium ē ꝙ culpa fit dif
ficilioꝛ ad remittendū. Iere. O quamuiſ
facata es nimis iterans vias tuas. ita ēt
nr̄ ꝙ vulnus iteratū tardiꝰ ſanat. Quar
tum ē ꝙ deus fit difficilioꝛ ad placandū.
3°. R̄. de ſemei qui ad primā petitionem
inuenit miſericoꝛdiā eo tñ pacto ꝙ ſtaret
i hieruſalem. ſed quādo ſecundario pec/
cauit ſine vlla miſericoꝛdia occiſus eſt.
Quintū eſt ꝙ diabolus difficilioꝛ eſt ad
expellēdum. Luce ca. xi. Tunc aſſumpſit
ſeptē ſpūs nequioꝛes ſe. ⁊ ingreſſus ha/
bitat ibi. ⁊ fi. no. ho. il. pe. p̄o. Sequitur de
coꝛruptione ſpēi ⁊ mōi ⁊ oꝛdinis. Ubi no
ta ꝙ bonitas naturaliū cōparata ad aiaꝫ
quā ſpecioſā facit dr̄ ſpēs. ſed cōparata
ad opus qd̄ mōdificat dr̄ modus compa
rata vero ad finē. ſ. deum ad quem oꝛdia
tur dicitur oꝛdo. Aliomō. coꝛruptō ſpē ē
diſſimilitudo aīe ad deuꝫ. Nam ſpēs ani
me ē ſimilitudo dei. Coꝛruptio vero mo
di eſt diminutio extenſionis virtualis ſi
ue infirmatio potentie que ex hoc eſt
ꝙ anime nō ſuſtentatur cibo ſpirituali
guſtando quā ſuauis eſt dominus. Coꝛru
ptio autē oꝛdinis ē in anima cū aſpectuſ
⁊ affectus deoꝛſū ē ad creaturas extra
naturalē ſitū. Cū. n. hec duo que ſſ qua
ſi caput anime ſurſū ſunt ad deum in na
turali ſitu ⁊ oꝛdine ſunt. alioquin hō erit
quaſi euerſus. Al̄r priuatio ſpēi ē defoꝛ
mitas ſiue carentia debite rectitudinis
uoluntatis. Rectitudo autem volūtatiſ
ē vt nō declinet a ſuis extremis. ſ. a deo
principio. ⁊ a deo fine. ſ. omnia que hꝫ a
dō principio referat ad deū. Cum enim
quis quod habet ſibi attribuit aut ponit

alium finem q̄ȝ deum. hō iſte curuus eſt
Item pꝛiuatio modi eſt exceſſus pꝛopꝛie
voluntatis. ſ. cū vult aliquid diuine volū
tati contrarium. Itē priuatio oꝛdinis eſt
auerſio voluntatis adeo ⁊ conuerſio ad
creaturā. Itē al̄r creatura rōnalis a ſū
mo bono ē ſecundū triplicem habitudi/
nem. ſ. efficientis foꝛmalis ac finalis et
iō nata ē agere opera ſua a dō ⁊ ſecundū
deum pꝛopter deū. ⁊ hoc ſcd̄m modum
ſpēm ⁊ oꝛdinem ſibi inſitum. Sꝫ qm̄ ea
dē rōnalis creatura. de nihilo facta fuit
q̄tū ad cāꝫ materialē potuit deficere in
ſuis actōibus vt. ſ. operatōes ſue nō eēnt
a deo ac per hoc nec ſecundū deum nec
pꝛopt̄ deum. hoc aūt eſt pccm̄ ipſius ſpe
ciei mōis ⁊ oꝛdinis coꝛruptiuū.

De pccō oꝛiginali ſcd̄ȝ rem.

Capitulum viii.

E xpedito de pccō i genere. dicēdū
eſt de pccō i ſpecie. ⁊ pꝛimo de oꝛi
ginali ⁊ pꝰ hoc de actuali. licet igitur ani
ma non ſit ex traduce. tñ oꝛiginalis cul
pa ab aīa ade tranſit ad aīas poſteroꝛuꝫ
mediante carne per cōcupiam generata
Ita ꝙ ſic ab aīa peccāte īfecta fuit caro
ade. ⁊ pꝛona effecta ad libidinē. ita ſemi
nata caro ſecū trahit infectionē ⁊ vitiat
aīam. Ex quo pꝫ ꝙ peccatū oꝛiginale eſt
in carne ⁊ eſt i aīa. In carne ē mat̄ialiter
⁊ oꝛiginaliter. ⁊ in aīa foꝛmaliter tāquaꝫ
in ſubdō. Sola eniꝫ aīa eſt ſuſceptibiliſ v̄
tutis ⁊ vitij. ⁊ tamē ſic dictū eſt ex coniū
ctione ad coꝛpus coꝛruptiuum trahit ad
vitiuꝫ. ſic quādo cadit qs in lutū fedatur
⁊ maculatur. Talis aūt infectio aīe nō tā
men ē pena. ſꝫ etiā culpa. Ipſa vero cul
pa que macula ē delet̄ in baptiſmo. Pe
na āt que fomes appellatur ſiue peccan
di pꝛonitaſ remanet. poſt batiſmū. Licet
eni curetur in baptiſmo culpa q̄tum ad
reatum dānationis eterne. tñ remanet
ipſa pena quantū ad actum ⁊ motū ꝯcu
pie. cū qua nos opꝫ quamdiu viuimus
pugnare. niſi extinguat̄ cōcupiſcentia ꝑ
gr̄am. qd̄ tamen raro cōtingit in aliquo

hoīe. qd̄ dico pꝛopter beatā mariam vir
ginem in qua fuit extincta in cōceptione
filij ꝑ gr̄am ſingularē. Ex pꝛedictis pꝫ ꝙ
perſona coꝛrumpit naturā. econtra natu
ra coꝛrupta coꝛrumpit perſonā. Nā per
peccatum pꝛimi hoīs coꝛrupta eſt hūa/
na natura. ſed natura ſic coꝛrupta coꝛrū
pit alias perſonas. Notādum āt ꝙ coꝛru
ptio perſone ē reatus mētis. coꝛruptio
vero nature ē infectio carnis. pꝛout eſt
p̄ncipium ad carnem alterā. Deniqȝ nul
lo modo dꝫ imputari deo infectio aīe. lꝫ
eam creando īfundat ⁊ vniat cū carne i
fecta qm̄ oꝛdinatiſſimū fuit vt humana
natura cōdiretur. ita ꝙ condita pꝛopaga
retur ⁊ ꝓ pccō puniret̄. vñ ſic in cōditio
ne ſeruatus ēꝰ oꝛdo nature. ſic i punitiōe
dbuit ſeruari oꝛdo iuſtitie. Et ita pꝫ ꝙ n̄
eſt cōtra diuinam eq̄tatē. ſi ad poſteros
culpa tranſmittitur. Dicēdum igitur ꝙ
oꝛiginalis culpe tranſfuſio vel tranſmiſ
ſio non ē a deo nec a natura condita. ſed
a vitio pꝛimi hoīs perpetrato. Et hoc ē
quod ait Augꝰ. ꝙ peccatuꝫ oꝛiginale nō
tranſmittit ad poſteros ꝓpagatio ſed li
bido. Sic eni conditus ē homo vt ſpiritꝰ
preeſſet coꝛpoꝛi. ⁊ coꝛpꝰ ſubeēt ſpiritui
ſcilicet quamdiu ille obediret ſuo cōdito
ri. Et econtra ſi ſpiritus nō obediret dō
iuſto dei iudicio coꝛus inciperet rebella
re ſpritui. Sic ut ergo ſi adā ſtetiſſet coꝛ
pus ſuum obediēs ei fuiſſet ⁊ tale ad po
ſteros tranſmiſiſſet. ſic adam ex quo pec
cauit ⁊ caro eius facta eſt rebellis oꝫ ꝙ
talem ad poſteros trāſmittat. ⁊ ꝙ deus
ſecundum inſtitutionem pꝛimariā animā
infundat coꝛpoꝛi. Ex hoc patet ꝙ pater
eſt cauſa oꝛiginaliſ peccati in filio. ſꝫ cau
ſam hic intellige in genere cauſe efficiē
tis. Omnes per cōcupiſcentiā nati na/
ſcuntur filij ire pꝛopter qd̄ incurrimus
multiplicem defectum tam coꝛpoꝛis q̄ȝ
anime ad quos ſubſequimur penā moꝛ
tis. ⁊ penam carentie viſionis diuine. ⁊
amiſſionis gloꝛie celeſtis. non ſolum in
adultis. vez ēt i ꝑuulis n̄ baptiȝatis qui

pena mitiſſima inter ceteros puniuntur
qꝛ ſolã penam dãni hñt ſine pena ſenſus
Originale peccatũ ſic curatur ꝑ baptiſ
mũ i ꝑente ꝙ nichilominus ab eo qui cu
ratus eſt tranſmittitur in ꝓlẽ. ſic vide
mus ꝙ circũciſus gñat filiũ cũ preputõ
⁊ granũ nudũ ſeminatũ gñat granũ cuꝫ
palea. Et hec ẽ rõ. qꝛ hõ gñat filiũ nõ ſe
cundũ quod creatus ẽ i mente. ſ; ſcðm
qð corruptus ẽ in carne nõ ſecũdũ quod
ſpiritualis. ſed ſecundum quod carnalis.

De pccõ originali ſcðm nomẽ Ca vi.

o Riginale peccatũ hꝫ multa noĩa
⁊ hoc multiplici de cã. Scðꝫ. n. ꝙ
originale pccm̃ cõꝑatur ad aiam vocat
infirmitas. qꝛ reddit aiam ipotẽtẽ ad re
ſiſtendũ motibuſ. Jtẽ feditas. qꝛ ꝑ ipſuꝫ
aia maculat. Jtẽ pronitas ꝑꝑ cõtinuã in
clinationẽ appetitus ad malũ. Jtẽ corru
ptio. qꝛ ducit ad nihilũ. i. ad pccm̃. Jtẽ vi
tiũ. qꝛ diminutio ẽ bonoꝝ naturaliũ. Jtẽ
lãgor nature qꝛ durat i natura corrupta
S; ſecũdũ ꝙ cõꝑatur ad corꝰ vocatur
lex carnis eo ꝙ lege diuina carni ſit iflic
tũ. Jtẽ lex mẽbroꝝ. qꝛ mouet organa ad
opꝰ cõcupie. Jtẽ tyrãnus ꝑꝑ dãnatiõem
quã hꝫ quaſi violẽtã i ipſa carne cõcupiſ
cibili. Jtẽ fomes. qꝛ ſic cinis fouet ignẽ
ita per ipm̃ fouet pccm̃ i carne ſecũdum
actũ nutritiue ⁊ gñatiue. Jtẽ ſtimulꝰ car
nis. qꝛ ſtimulat carnẽ ad primos motus.
⁊ aiuꝫ ad cõſẽſũ. S; ꝓut cõꝑatur ad ac
tꝰs delectabiles vocatur cõcupia que ſo
nat vitiũ in actu ꝓut ẽ i adultis. Jtẽ con
cupiſcibilitas que ſonat vitiũ ipotẽtia ꝓ
ut ẽ in ꝑuulis. Scðm vero qð ꝯꝑatur ad
pmũ hoiẽm a quo cõtrahit uocat pccm̃
originale qð ẽ carẽtia debite iuſtitie hoiſ.

De primis motibus. Cap. io.

e Am pccõrũ aliud ſit actũ aliud cõ
tractũ ipꝫ pccm̃ actuale frequẽter
a pmis motibus hꝫ ortũ. Vñ ſciendũ ꝙ i
ſtatu inocẽtie nõ mouebat ſẽſualitas ni
ſi ſcðꝫ motũ rõnis. Jõ ſtãte pmo hoie in
eodẽ ſtatu nõ potat i eo eẽ pccm̃ ẽt veni
ale. Primi motus ⁊ ſi ꝑticulariter ⁊ ſi
ſigillatim poſſit declinari. tñ nullo mõ omẽs
poſſunt caueri: quia tot ſunt peccata:
quot ſũt ẽt pene pcci. ⁊ iõ merito dñr vel
alia. qꝛ hoc ipõ ſũt digna venia. Primꝰ
motus ſic deſcribit. qꝛ ẽ motus ſẽſualita
tis ſcðm ipulſũ fomitis ipetuoſe tẽdẽtiſ
ad fruitionẽ creature delectabilis. Dupl̃r
primus motus. diſtiguitur q̃tũ ſpectat
ad ꝑtẽꝫ materiã. ſ. primo. pmuſ q ẽ natu
ralis ⁊ ſcðo primus q ẽ ſenſualitas. Cuꝫ
ergo loquimur de primis motibuſ ꝙ ſũt
pccã itelligendũ ẽ de ſcðo primis que ſũt
ſenſualitatis. qꝛ primo pmi ñ ſunt pccã
cũ ſint naturales ⁊ extra genus moris
qð pꝫ ꝑ hoc ꝙ tales nõ ſequũtur imagi
nationeꝫ ſed ſolummõ naturaliũ qualita
tũ actionem. Motus aũt ſecundo primi
ſũt peccata quia ſunt actus iordinati in
gñe moris qð pꝫ per hoc ꝙ tales motus
ſũt ſenſualitatis qa ſubiacent aliquo mo
do dñio volũtatis. Volũtas ãt ẽ principi
um moraliũ ſicut habetur. vii. ethicoruꝫ
Hinc ẽ ꝙ genus moris i principio icipit
vbi inuenitur dominiũ volũtatis. hoc ãt
ẽ in ſenſualitate. Quãuis autẽ per rõem
predictam ſit in ſenſualitate peccatũ. uõ
tamẽ erit mortale ſed tãtũmõ veniale. qꝛ
voluntas non hꝫ plenũ dominiũ ſuꝑ pri
mos motus qui ſũt ſenſualitatis ſic eſt i
illis actibus qui ex imperio voluntatis.
procedunt. ſed hꝫ in eis dominiũ icõple
tum ſicut in illis actibus qui non per im
perium rationis procedunt. ⁊ tamen uo
luntas tales motus. ſenſualitatis impedi
re poterat ⁊ ideo ſunt peccata venialia.
propter hoc dic. Aug. ꝙ peccatũ adeo ẽ
voluntarium. ꝙ niſi ſit voluntariũ nõ eſt
peccatum. Primi quoq; motus ideo ſẽ
ſualitati aſcribuntur. quia talium motu
um principiũ ⁊ ſubm̃. Dicenduꝫ ergo
ꝙ primi motus ſecundum predicta ſũt
peccata venialia triplici rõne. Primo
quia mouent ad illicitum. Secundo qa
ſunt quodammodo volũtarij nõ ſecũdũ
ſẽ. ſ; qꝛ ſic dictũ ẽ nõ ipediũtur a volũta
te vel ẽt ꝑꝑ precedentem appꝑhenſionem
Tertio ꝑꝑ delectationẽ ãnexã. Cuꝫ eni
anima ꝑ delectationeꝫ cõiungitur crea
ture obtenebratur ⁊ peiorat. ſicut quan
do coniũguntur deo illuminatur. ⁊ melio
ratur. Nota ꝙ homo pronior eſt ad ma
luꝫ q̃ȝ ad bonum. ⁊ hoc multis decauſis.
Primo qꝛ ſicut dr̃ Sap. iiᵒ. Corpus qð cõ
rumpitur aggrauat aiam trahens illam
ad malũ. ⁊ non ſic erigẽs ad bonum. Se
cũdo. quia ſicut dicit Aug. pluſ valet ma
lũ innolitũ q̃ȝ bonum iſolitum. Tertio qꝛ
naturaliter facilius ẽ deſcendere q̃ȝ aſcẽ
dere. ⁊ vnus magis trahit deorſuꝫ decẽ
ſurſum. Quarto qꝛ incitans ad malũ de
lectatio pñs eſt ſemper. ſ; ſinis virtutũ
incitãs ad bonuꝫ abſcẽs eſt. Delectabile
auteꝫ apprehẽſum per ſenſum vel ima
ginationem quaſi de neceſſitate mouet
concupiam. Quinto qꝛ plures circunſtã
tie requirũtur ad bonũ q̃ȝ ad malũ. Sex
to qꝛ tendimus ad nr̃uꝫ principium. ſ. ad
nihilum. Septimo qꝛ fomes qui mouet
ad malum ſemꝑ intra nos ẽ. gloriam vo
quã querimus extra nos eſt. Octauo qa
vires aie ſunt actiue ad diligendum tpa
lia. ſed paſſiue ⁊ materiales ad ea que ſũ
gratie ⁊ glĩe. vnde verſus. Quicqd ha
bet meriti preuentus gratia donat. Nil
deus in nobis preter ſua dona coronat. qꝛ
non poſſunt haberi virtutes ꝑ modum
acquiſitionis ſed per modũ receptionis.
Vnde malũ poſſumus facere ꝑ nos. ſed
non poſſumus facere bonũ ſine grã ad
iutrice.

De moroſa delectatiõe. Cap. ii.

d Electatio carnalis moroſa pecca
tum ẽ mortale. ſed nulla dr̃ moro
ſa niſi quando ex conſenſum ratõnis eſt.
Unde nõ intelligitur hic mora tpis ſ; cõ
ſenſus. Sciendum ẽ ergo quia delectatõ
ſi ſiſtit citra cõſenſum ueniale peccatum
ẽ. ſi vero procedit vlterius ita ꝙ homo
vult interius delectatione uoluptari. nec
tamen vult in opus procedere. talis con
ſenſus eſt intra mortalia cõputãduſ. qð
maxime dhet intelligi in carnalibus pec
catis verumtñ iſte cõſenſus in illecebra
duplex ẽ. quia conſenſus i illecebra aliqñ
eſt ſubitus nõ per prehabitã deliberatõ
nem. ſed ex ſola corruptione carnis qui
precedit appetitus ſenſualitatis in prio
motu. Talis aũt conſenſus dicitur ſubre
ptio. ⁊ eſt peccatum veniale. alius cõſen
ſus ẽ in delectatione motuũ carnis qui ẽ
cum deliberatione rõis. ⁊ iſte eſt peccatũ
mortale vt dcm̃ eſt. Si autẽ ratio. conſẽ
tit. cũ deliberatione que ſit per rõnes di
uinas hoc mõ. quia omne lege dei ꝓhibi
tum ẽ vitandum. tũc dicitur peccatuꝫ eſ
ſe in ſuperiori ꝑte rationis: ſed ſi delibe
ratio ſit per rõnes humanas vel natura
les hoc mõ omne in quo tranſgreditur
mediũ virtutis ẽ vitandum. tũc dicetur
peccatum eẽ in inferiori parte rõis. Et ſi
adhuc procedit conſenſus vlterius. quã
do. ſ. proponit opus cõſumare. tunc volũ
tas pro facto reputatur. ẽt ſi facultas de
ſit perficiendi ipſum opꝰ. ſi vero cõſequi
tur cõſenſus ⁊ opus i hiſ que diuina lege
ſunt prohibita peccatũ eſt mortale cõſu
matum. Ex predictiſ collige diſtinctiõeꝫ
qꝛ delectatio duplex. eſt. ſ. naturalis. ⁊ vo
lũtaria. Jn delectatione pure naturali.
nec eſt meritum nec demeritũ. Volunta
ria duplex ẽ. quia alia eſt i creatore. alia
in creatura. Delectatio que i creatore ẽ
bona eſt. de qua pſ. 75. Memor fui dei ⁊
delectatus ſũ ⁊c. Que aũt in creatura ẽ
duplex ẽ quedam eni eſt ꝑꝑ deum. ⁊ hec
bona eſt. ſ; hic ſumitur delectatio pro o
peratione rationis. nõ ꝓ paſſione. de qua
pſ. 91. Delectaſti me dñe in factura tua
quedam ẽ contra deuꝫ. ⁊ hec ſilr duplex
eſt quia quedam non ẽ contra deum. ſed
preter deum. ⁊ hec peccatũ veniale. que
dã vero ẽ contra deum ſimplr que frã
gitur dei preceptũ. ⁊ hec ẽ peccatuꝫ mõ
tale.

De peccato veniali. Cap. 2.

p Eccatuꝫ veniale minoris ẽ culpe
Nã in paruuliſ poſt baptiſmũ pri
mo ſurgũt venialia. poſtea mortalia. Ve

Veniale aũt peccatũ eſt vt ait. Aug. qđ
hoiem vſq; ad reatũ perpetue mortis
non grauat. ſed penã meretur. ⁊ ſic faci
le indulgetur. Peccatũ veniale ſp eſt a
volũtate. ad hoc mouẽte vł pmittente ł
non prohibente. Peccatũ aliqđ ẽ venia
le tribus modis. Primo mõ ex gñe. ſic
verbum ocioſum ẽ veniale. Secũdo ex
euentu. ſecundũ q per pñam đ mortali
fit veniale. Tertio ex cã ut. qñ; fiunt que
dam ex īfirmitate vel ignorantia que lz
qñq; ſint mortalia. tñ dñr venialia. ſiue re
miſſibilia ex cõpatione ad peccatũ quod
fit ex certa malitia. qđ eſt irremiſſibile:
⁊ hoc verũ ẽ niſi aliquod ſit mortale ex
ſuo gñe. ſicut eſt fornicari. quia tale ẽt ſi
fiat ex īfirmitate mortale eſt. Sciendũ
q peccatũ veniale. nũq; poteſt fieri mor
tale. Ita. ſ. ſi intelligatur idẽ Secũdũ ſub
ſtantiã. qꝛ prius veniale mortale. ſiet ſnũ
q; põt. ⁊ hoc nec quãtũ ad actũ. nec quan
tũ ad maculam. Et rõ huiuſmodi eſt. qa
nulla res põt mutare ſuam ſpẽm. Pec
catũ autem, veniale ⁊ mortale ſunt diuer
ſe ſpẽs peccati. Verũtamẽ actus qui ex
ſe eſt de genere venialis põt fieri morta
lis quattuor modis. Primo ex cõſciẽtia
quia quicqd fit. contra conſcientiã edi-
ficat ad gehennã. ẽt ſi fit contra cõſcien
tiam erroneam. ⁊ hec eſt ratio qꝛ cum in
peccato duo ſunt. ſ. auerſio ⁊ conuerſio.
penes primũ iudicatur peccatũ. qñ auer
ſio a deo ẽ quaſi formale. ⁊ conuerſio ad
creaturam quaſi materiale. Quamuis
ergo leuare feſtucam vel calamũ đ ter
ra leue ⁊ idifferens. tamẽ quãdo fit con-
tra conſcientiam peccatũ eſt. qꝛ ſperni
tur bonũ incõmutabile. ⁊ ita fit auerſio
a creatore. Secundo ex cõplacẽtia. Vñ
Aug. Nullũ peccatum adeo eſt veniale
quod non fiat mortale dũ multũ placet.
Tertio ex diſpoſitione. qꝛ frequenter p
lapſum in uenialia diſponit hõ ad morta
lia. ⁊ hoc ſecũdum illud. Grego. Vitaſti
ſaxa grandia vide ne obruaris arena. ⁊
hoc ideo dicit. quia ſepe de minimis pec
catis venitur ad magna. ſicut de modica
ſintilla qñq; ſurgit magnus ignis. Ecc.
19. Qui modica ſpernit paulatiz decidit
Quarto ex progreſſu. qꝛ quãdo ſurgit
veniale ſi non prohiberetur poſſet pgre
di vſq; ad mortale. non qꝛ ipſũ veniale i
ſubã poſſet fieri mortale. ſed qꝛ ex ipſo
occaſionaliter põt fieri progrediẽdo vſ
q; ad mortale. Et ſtud pz in primis mo
tibus qui inter venialia cõputantur. ſed
quando delectatio cõualeſcit in tm̃ q cõ
ſenſus accedat iam peccatum mortale ẽ
Differentia eſt inter peccatum mortale
⁊ veniale quia peccatũ veniale ẽ libido
ſiue voluptas i creatura circa deũ. Mor
tale autem eſt libido ſiue voluptas i cre
atura ſupra deum vel eque deo. Rect9
ordo eſt ut bonũ incõmutabile preferat
bono cõmutabili. ⁊ honeſtum vtili ⁊ vo
luntas dei voluntati nr̃e ⁊ ratio ſenſuali
tati quãdo iſte ordo peruertitur. tũc pec-
catum cõmittitur. Vtrũ aliquis poſſit eſ
ſe vel viuere ſine peccato veniali dum
eſt in hac vita pñti. Dicendũ eſt quod ſi
loquimur de tota vita hominis q perue
nit iam ad etatem adultam de excellenti
⁊ ſpeciali grã eſt quod talis ſine veniali
peccato ſit ſicut beatus. Aug. dic de bea
ta virgine. Si aũt loquimur de aliqua p
ticula uit e pñtis ſic põt eſſe aliquis ſine
peccato veniali. Iſtud pz per exemplũ
quia nauta poteſt ſingula foramia nauis
ad horam obſtruere ne aqua intret. ſed
non poteſt ſił omnia obſtruere ut aqua
nuſq; intret. vnde charitas etiam perfe
ta non facit q peccatum veniale non ad
ueniat. ſed facit q nõ durz. Quemadmo
dum caminus ignis nõ facit vt gutta a
que ſibi non apponatur. ſed facit vt ap
poſita citius extinguatur. Perfecta eiz
charitas ſtatim inflãmat hominẽ vt de
peccato veniali doleat ⁊ peniteat quod
non facit charitas impfecta. vnde i imp
fectis aggregantur multa venialia. per
que fit ad proſtrationez maior diſpoſitio

De effectu peccati venialis.

Effectuſ peccati vẽialeſ multiplex
eſt. primus qꝛ ad penã obligat. nõ
aũt determinate neq; preciſe obligat ad
penã eternam vel purgatoriã vel pñtis
ſatiſfactionis. ſz ad aliquam illarũ pena
rum quã ſcđm forum eccleſie pñtis ſatiſ
faciat hõ leuiter ſcđz foz purgatorij pu
nietur grauius. ſcđm vero forũ inferni
punietur hõ grauiſſime pro veniali. quia
eternaliter ſi cum veniali ⁊ mortali deceſ
ſerit. Exemplũ habemuſ de hec. qꝛ men
ſura vini que in vno loco valet. vi. dena-
rios ſi ducatur ulterius valet. xvi. ⁊ ſi du
catur adhuc ulterius valet duos ſolidos
pena tñ illata pro veniali in inferno in cõ
parabiliter minor ẽ q; illata pro mortali
Vnde ſolet dici q pena illata in inferno
pro mortali ẽ ſicut ſoliditas. illata vero
pro veniali ibidem eſt ſicut ſuperficies.
Illata pro veniali i purgatorio ẽ ſicut li
nea. illata p veniali in pñti eſt ſicut pun
ctuſ. Vnde ſic iſta quattuor ſũt impropõ
tionabilia. ita iter pdictas penas, magna
ẽ dñã. Secundus effectus ẽ q peccatuz
veniale aiam maculat. ⁊ ponitur tale exẽ
plum. aliquãdo enim denigratur aliqua
imago depicta in tm̃ ut uideri non poſſet
aliquãdo vero ſic obſcuratur ut uideri q
dem poſſit. ſed nõ plene diſcerni. ⁊ ideo
propter talẽ dñam dicit gregorius q veni
ale obſcurat. mortale obtenebrat. De
macula vero iſta dr̃ q in ſaluandis omẽ
peccatum veniale deletur a gratia fina-
li. ⁊ hoc q̃tuz ad culpã ⁊ non q̃tũ ad pe
nam imo illa ſoluetur i purgatorio. De
let autez peccatuz veniale gratia finalis
in ipſa diſſolutione corporis ⁊ aie ex vir
tute cõplexionis ⁊ ſui ſtatus q̃uis nõ ſit mo
tus cõtritionis ad illud directus. ſecũduz
hoc intelligitur. verbũ Aug. q dicit. q in
purgatorio põt eſſe abſolui a pena. nõ a
culpa. hoc ab ãtiquis dictum ẽ. ſed nunc
cõiter tenetur q peccatum veniale hic
deferatur a multis. ⁊ q quantum ad cul
pam in purgatorio ẽt purgatur. quia do
minus dicit de quibuſdam peccatis q nõ
remittuntur neq; in hoc ſeculo. neq; i fu
turo. Exponit grego. q uenalia dimitten
tur. ſ. i futuro q ſi intelligatur quantum
ad penam tantuz tũc expoſitio Gregorij
nulla eſt. quia etiam mortalia quo ad pe
nã purgantur. que hic ſoluta nõ eſt. Ter
tius ẽ. quia minuit feruorem charitatis
ſicut aqua in igne proiecta. licet ignẽ nõ
extinguat. feruorẽ tamen illius tẽperat
Quartus eſt. qꝛ potentias aie in bonis o
peribus laſſat. ſicut qñ ponitur pondus
ſuper equum minus erit promptus ad a
bulandum. Quintus ẽ. qꝛ retardat a glo
ria. qꝛ homo qui deberet ⁊ poſſe ſtatim e
uolare ad celum p9 mortem. cogitur pp
uenialia ad tempus in purgatorio expec
tare Nunquaz enim ab aliquo facius ibi
uidebitur. donec ſoluat minimũ quadrã
tem uenialium peccatorũ. ſ. per penã. O
portet. n. quẽlibet ita mundum eſſe ante
introitum paradiſi. ſicut fuerat in innocẽ
tia baptiſmali. Sextus eſt q bona glorie
celeſtis diminuit. nõ quidem illa que iaz
debent ⁊ que iam hẽmus ibi per meritũ
repoſita. ſed que deberentur ſi uenialia
non fierẽt. qꝛ medio tempore poſſent ali
qua bona fieri i qñ illa fiunt. propterea p9
perpetrationẽ uenialiuz opz nos opera
quedã cõuertere ad ſolõnẽ huiuſmõi đbi
torꝝ. p que nobis deberet creſcere cumu
lus eterni pmij. Septimus effectus ẽ. q
uenialia ſepe ſit occaſio mortaliũ pccõꝝ
⁊ hoc quattuor mõis. ſicut hẽs ĩ ca° pro
ximo. ubi dr̃ q actus q ex ſe uenia lis eſt.
põt fieri mortalis quattuor mõis. Hoc ẽ
etiã ſingu ariter aduertendũ q ſic ad re
miſſionẽ pcci mortalis exigitur dſertio ac
tus peccadi cũ uoluntate in poſterũ abſti
nẽdi. ſic quoq; pccm̃ ueniale in pñti nõ di
mittit niſi actuũ pppoſito dſeratur. De
ſeptẽ uitijs capitalibus in ſpe. Ca. xiiii.

P Eccatorum actualiũ. unum eſt ini
tium. duplex radix. triplex fomẽ
tum. ſeptiforme caput unum inu-
tium dicitur ſuperbia iuxta illud. ecci ca
pitulo. x. Initiũ omnis peccati ſuperbia

Duplex radix eſt timor male hūilians . ⁊
amor male accendēs tamē ois timor or/
tū hȝ ab amore.nullus.n. timet aliquid
perdere niſi q amat illud hatere.Triplex
fomentū.ſūt tria que ſūt i mūdo.ſ.cōcu
piſa carnis.cōcupiſcia oculorū ⁊ ſupbia
vite.Septiforme caput ſunt. Supbia.
Inuidia. Ira. Accidia. Auaritia. Gula. ⁊
Luxuria. Inī que ſūt gnq; ſpūalia. duo
vero carnalia.Sufficentia hoꝝ vitioruȝ
ſic pōt colligi. Volūtas nr̄a deordinatur
aut qꝛ appetit nō appetendū.aut qꝛ refu
git n̄ refugendū.Si pmo mō aut ē interi
us.⁊ ſic ē vana glīa,aut exterius.⁊ ſic eſt
auaritia aut iferius.⁊ ſic ē delectabile .
Sed illud delectabile aut eſt ad cōſerua
tionē indiuidui.⁊ ſic ē alimentū qđ appe
titur in ordinate a gula.aut eſt ad cōſer/
uationem ſpēi.⁊ ſic ē coit⁹ qꝛ appetit a lu
xuria.Si āt volūtas nr̄a deordinat quia
refugit q̄ nō eſt refugendū . hoc pōt eē
tripl'r.aut.n.refugit qđ nō eſſe refugēdū
ſcđm peruerſū inſtinctū rōalis.⁊ ſic eſt i
uidia.aut ſcđm inſtinctū pūerſū iraſcibi
lis.⁊ ſic eſt ira.aut ſcđm peruerſū inſtin
ctū cōcupiſcibilis.⁊ ſic ē accidia. Ex his
pȝ q̄ quatuor ſūt appetibilia ⁊ tres ſūt
vires ſecūdū quarū inſtinctū eſt fuga.⁊
ideo tm̄ ſūt.vii. pccā capitalia. Pecca/
ta que dicta ſūt qnq; ſe publice oſtdunt
vt qn̄ directe fiunt.qnq; vero ſub quadā
ſpē paliata decipiunt. Unde ſupbia qnȝ
dic ad hoc volo preeē vt poſſim pdeſſe
Ira dic nō debent illata mala tollerari
ne cōſueſcant inferri. Inuidia dicit alijs .
bona nō cupio.ne in ſucceſſibus eleuent
Accidia dic ad hoc in laboribus mihi p
co ne temeritate indiſcretionis arguar.
Auaritia dic. Ad hoc ſunt multa cōgre
ganda ne pp iopiā cōmittatur furtū vel
rapina.Gula dic ad hoc eſt corpus cibis
⁊ potibus delicatoribus nutriendū vt ſit
forti⁹ad dō ſeruiēdū.luxuria dic ad tēp⁹
dȝ quiſq; ad libitū viuere.vt poſſit poſt
ea fortiter penitere. Septē vitia compā
tur ſeptem beſtijs.Superbia cōparatur

peccata paliã ẽ multis modis

leoni. Inuidia cani. Ira lupo. Accidia aſi
no. Auaritia ericio. Gula. vrſo. Luxuria
porco. Alio cōpatur: vii.infirmitatibus.
Supbia compatur inflatōi. Inuidia lep̄.
Ira freneſi. Accidia litargie. . Auaritia
hidropiſi. Gula epilentia. Luxuria f ebri
Septem vitia chriſti paſſione curantur
Capitis inclinatio in cruce curat ſupbiā
Oratio pro inimicis irā. Apertio lateris
inuidiā. Portatio crucis accidiā : Tradi
tio ſpūs patri corporis cruci.mr̄is diſci
pulo.veſtiū crucifixoribus.hec curant a
uaritiam . Flagellatio luxuriā. Potatio
fellis gulam.

De ſuperbia. Cap . 15.

n Unc dicendum eſt de.vii.vitiis ca
pitalibus in ſpē.⁊ primo de ſupbia
que ē regina oium vitiorum ⁊ mater.Eſt
autem ſupbia vt ait . Aug⁹ . pūerſe cel/
ſitudinis appetitus. Unde ſicut idē Aug
ait. Supbia oibus inuidet.ſ. maioribus.
qꝛ eis non equatur: Inferioribus qꝛ ei e
quari timet paribus qꝛ ei equātur.Sup
bia dr̄ initium ois peccati triplici rōne .
Prio pp cām que inuenit in omni pccō
quia in oi peccato inuenitur cōtemptus
dei qui ē quedam cā peccati. Idem autē
cōtemptus ē auerſio a creatore que i oi
peccato ē vbi preponitur bonū cōmuta
bile bono incōmutabili.quia ſic ſine cha
ritate alie virtutes nihil ſunt.ita ſine ſu
perbia alia vitia nihil.abſtrahe ſuperbi
am ⁊ habebis grām.qꝛ ſuperbis deus re
ſiſtit hūilibus autem dat gratiā. Cōnexū
.n.inquantū humiſ non ē receptiuū . ſed
cōcauū. Secūdo qꝛ pmū pccm̄ fuit.hoc
enim gn̄e peccauit diabolus in celo. Iſa.
ca.ix. Ponam ſedē meā in aglōne ⁊ ero
ſi al. Et pmus. hō in paradiſo Gn̄ .ca.3.
Eritis ſic dii ſcientes bonum ⁊ malū.3°.
quia ex ea naſcūtur alia vitia ſcđm pus
⁊ poſterius.hoc ē mediate vel imediate
ſic hētur.ā.c°.de effectu vitioruȝ.Eſt āt
inter ſuperbiam ⁊ vanam gloriā dr̄a .qa
lȝ vtrobiq; ſit appetitus proprie excel/
lentie.tn̄ ſuperbus ſibi appet magnus i

tus.ſed vanaglorioſus appetit apparere
in ore aliorū per laudē exteriorem. Diuer
ſa pccā dn̄r radices et initia ſiue cauſe
aliorū peccatorū ſȝ diuerſis reſpectibus
Supbia dr̄ initiū ois pcci pp tres cās ſu
perius enarratas .libido āt dr̄ cā ois pec
cati ſic ait Aug.⁊ hoc pp delectatōem cre
ature que in ordinate trahit aiaȝ ⁊ auer
tit a ſūmo bono. Eſt.n.libido iprobā vo
luptas qua mouetur aia rōnalis ad hoc
qđ delectetur i creatura. Cupiditas etiā
dr̄ radix oiuȝ malorū ſic dic apſſ.i.ad thi
vi.⁊ hoc propter eandē rōem ſicut libido
Eſt.n.cupiditas ex amore inordinato ad
creaturā. Luxuria āt ſcđm Caſſianū dr̄
radix ois pcci.qꝛ carnales delectationes
nobis ſunt naturales ad naturalia āt pm
pti ſumus ⁊ difficulter reſiſtimus. In an
nis glīe ſeptē ſūt filie ſcđm Gre. Prima
ē iobedientia.qꝛ vanaglorioſus in nullo
vult vid ri iferior quod fieret ſi faceret
mandatū.ſecūda ē cōtentio qꝛ vult vin
cere cū clamore.⁊ hoc propter apparere
Tertia eſt iactantia qua quis ennarat bo
na ſua. vt laudabilis appareat. Quarta ē
hypocriſis que querit in exterioribus
hoibus apparere. Quinta ē pertinacia
que factū ſuū vel dictū malū defendit .
ne erraſſe videatur.ſexta ē diſcordia que
cōtra oē dictū ſuſtinet vel aſſumitur cōtra
riū propter vanā glīam.ſeptima ē noui/
tatū pſūptō qua quis noua vel dic vel in
uenit ut laudetur. Quattuor ſūt ſpēs ſu
perbie quas aſſignat. Greg.32° .moralis .
Prima eſt cū hō a ſe ipſo eſtimat hr̄e bo
nū qđ hȝ.ſcđa ſi deſuper datū credit p
ſuis tn̄ meritis accepiſſe ſe putat. Tertia
cū iactat ſe hr̄e bonū qđ nō hȝ. Quarta
qn̄ ceteris dſpectis ſingulariter vult vi
deri. Per primā ⁊ ſecūdā ſpēm iniuriat
hō deo in ſe.qꝛ per pmā ponit ſe hō totā
cām ſui boni.ſed i ſecunda pōit ſe cāȝ pn̄
cipalē. In tertia vero ſpe iniuriatur hō
deo in proximo . In quarta āt iiuriatur
hō deo in eo qđ nō hȝ. Gradus ſuperbie
ſecūdū ber.ſūt.12.qui ſūt. Curioſitas. Mē

tis leuitas. Inepta letitia. Iactātia ſingu
laritas. Arrogantia preſūptio pccōrum
defenſio ſiſata cōfeſſio. Rebellio. Liber
tas peccandi cōſuetudo. Nūerus iſtoruȝ
ſic accipitur. Hō p ſuperbiā iiuriatur dō
⁊ hōi deo cui dȝ eē inferior hōi cui dȝ eē
par.ſex primi gradus accipiūtur ſecūdū
iiuriā que ſit hōi cui dȝ eſt par. Quattu
or alii ſecūdū iniuriā que ſit hōi ſupiori.
vt plato. Duo vltimi determinātur pro
prie q̄tū ad iniuriā que deo imediate ſit
hoc iō dicimus.qꝛ ⁊ ſuperiores gradus i
deū redūdāt ſed mediante pxio. Grad⁹
āt vocatur.qꝛ ſit a minori pgreſſus ad
ius. Prius.n.malus ē.ſecundus peior
⁊ ſic ſcandendo inuenitur q̄ vltimus eſt
peſſimus. Un̄ iiuria que ē reſpectu paris
ē minor. Illa vero que ē reſpectu ſupio
res ē maior.ſed illa que eſt reſpectu dei
ē maxia propt q̄ ⁊ iſti gdus talr ordinan
tur. Supbia facit mlta mala. Pmo id
qđ dei ē uſurpat.ſ.gloriā. Iſa.4.2.gloriā
meā alteri nō dabo. In bōis.n.opib⁹ que
facimus duo ſūt.ſ.honor ⁊ vtilitas.ſed p̄
mū dn̄s ſibi reſeruat.aliud nobis tribuit
Unde debemus deo ſuā partē relinque
re ſi nr̄a parte nolumus ſpoliari. Scđo
perfectos viros ipugnat. Superbia ē.n
quaſi turris babilonis que vſq; ad celos
ſ.vſq; ad viros celeſtes debebat ptinge
re.ſuperbia āt bōis operib⁹ iſidiatur ut
pereāt. Unde ſuperbia inexpugnabilis ē
ſic caſtrū in alto mōte ſitū.tertio gratia
dei hoiem denudat Iaco.iiii. ſuperbis d̄
us reſiſtit.⁊c.2°. Reg.i. Mōtes gelboe
nec ros nec pluuia veniat ſuper uos. Un̄
ſcđm naturā cōnexū nō ē receptiuū ſed
cōcauū.quarto āt hoiem dō priuat. Ugo
de ſcō Uictore ſuperbia aufert mihi de
um. Inuidia proximū. Ira me ipm. Super
bia āt deo odibilis. Ecc.io.⁊ pū. Tria ſūt
que odit deus pauperē ſuperbū.⁊c. De
um ipugnat.qꝛ vexillū inimici ſui.i. diabo
li pōit icaſtro ſuo ⁊ dpōit vexillū chriſti
.ſ.crucem quā debet ſēper hō portare
iuxtra illud.cap.ie. Qui vult veire poſt

me diabolo hoiez aſſimilat Ipſe ē.n.rex
ſup oēs filios ſupbie. Vñ ſicut dñs ait de
charitate luc.xiii. In hoc cognoſcēt oēs
q diſcipuli mei eritis ſi dilectionē hūeri
tis ad inuicē. Ita pōt diabolus dicere de
ſuperbia. In hoc cognoſcent ꝛc. Hoiem
ſtultū demonſtrat. q ācillā ornat ꝛ dñaz
nudā relinqt. Item q magnū pro modi
co vēdit.i. pro laude hūana. Itē q credit
ſe poſſe cū ſupbia illuc attingere. vbi dia
bolus exiſtēs non potuit cū ſupbia rema
nere. Hoiem deijcit. q ſcandētes ī altum
de facili cadūt. ꝛ qui ſe eleuāt ſub hoſtio
humili de facili caput ledunt.

De inuidia. Cap. 16.

Inuidia ē ut ait Aug. odiū felicitatꝭ
aliene. vel ſecūdū Ioānem damaſ.
Inuidia ē triſticia de alienis bonis. Dr̄ āt
inuidia a nō videndo. q nō pōt uidere bo
na alioꝝ. Vnde diſplicētia boni que ē inui
dia pōt notari per uiſionē interiorē ꝛ ex
teriorē ſicut vult Seneca dicēſ. Quicqd
mente fugimus igeſtum oculis vix uide
mus. Inuidia hēt qnqꝫ filias ſcōm Gre.
Pria eſt odiū qd eſt velle malū alicui ꝛ
nolle bonū. Scōa ē exultatio i aduerſis
proximi. tria ē afflictio i proſpis proximi
quarta ē ſuſſurratꝰ que ē detractio latenſ.
quinta ē detractio. hec aūt fit in operato
quia intendit melior apparere illo cui de
trahit. Inuidia multa mala facit. De lu
mine facit tenebras. de vidente cecū. q
proximi bōa videre nō pōt. Vñ inuidus
cōparatur noctue ꝛ veſpertilioni. Aug.
Egris oculis odioſa ē lux que puriſ eſt a
mabilis. De uita morit̄. G. Paniſ uitam
fortiū roborat ꝛ paruuloꝝ necat. Vñ iui
dus cōparat̄ fabricitāti cui ēt hōi cibi ſt̄
cōtrarii. Deo cōtrariatur. q tā bonus eſt
deus vt ait Aug. vt ēt de mal bonū elici
at. ſꝫ econtra tā mali ſūt iſti. vt de bonis
malū eliciāt. Itē diuina bonitas oīa ſua
cōicat. iſti uo nō. Item deo placet bonuz
hoīs. ac malū diſplicet. iſti āt ecōtra bo
nū gr̄e ꝛ nature peruertūt. Vñ ſicut oīa
mūda mundis. ſic iſtis oia ſūt imunda. Et
ſicut bonis mala cooperant̄ in bonū. ita i
nidis bona cooperāt in malū. Vnde talet
aurū conuertūt in cuprū gēmas in lutuz
granū in paleā. uinum in aquā. mel in fel.
diem in noctē. gaudiū in merorē. roſam i
paliurum balſamū in ſterqlinium. electua
riū in venenū. Hoiem maledicit. Iſa.5.
Ve q dicitꝭ bonū malū ꝛc. Stultū effi
cit. Nimis errat q idcirco ſibi vult vnuz
oculum erui. vt alii ēt vnus eruat̄. ſicut
facit inuidus ꝛ diabolusq per hoc q aliiſ
inuidēt ſibi magis nocet. Auctorē ſuum
torquēdo ledit. Sene. Vtinā inuidi in oī
bus ciuitatibus oculos ꝛ aures hērent.
Proximū fraudulēt̄ decipit. Vnde inui
dus cōparatur cani q blanditur i facie ꝛ
mordet a tergo. Itē qui oſculo xp̄m tra
didit. itē hōi perfido q ledit hominē qui
eū nunq̄ moleſtauit.

De ira. Cap. 17

Ira eſt vt ait Aug. ulciſcendi libi
do. ꝛ Caſ. Ira eſt motus ai cōcitatus ad
penam. hec ē diffinitio ire per vitiū non
per zelū de qua ē hic agendū. Ira igitur
duplex eē hꝫ. ſ. nature et mortis prout er
go deordinat ab optimo habet eē morta
le qd vitium ē quia ira non ē peccatuꝫ ra
tione pure paſſionis. imo pena. ſed cū hꝰ
dicit quandam actionē per quam de oadi
nat hominem. ꝛ q̄tum ad deum. ꝛ quan
tum ad proximū. Vult eni a ſe expetere
vel a iudice a deo conſtituto ꝛ ſub deo.
Vtrū teneatur quis remittere iniuriā ini
mico petenti. Nota diſtinctionem. q ex i
iuria ſolent oriri tria. Primū ē rancor in
affectu. Secūdum eſt rancoriſ ſignum in
effectu. Tertiū eſt actio contra iniuriātē
Primū tenetur quis ſtatim remittere. ꝛ
ſi non rogetur. Secundū teneť remittere
veniā veraciter petenti. i. parato emēda
re ſecundū facultatem ſuā. Tertium ſi te
netur remittere. Si vero volueris ſcire
vtrū ille cui facta eſt iniuria debeat ami
ticiam querere ſciendum q duplex ē de
bitum. primum eſt neceſſitatis ſine quo
non eſt ſalus. Secūdum ē perfectionis.
Quātū ad primū debitū non tenetur qſ
recōciliationem querere ſiue amicitiam
Sed de ſcōo dic Chriſoꝰ q debꝫ quere
re recōciliationeꝫ vt duplicē coronā con
ſequatur. vnā q iniuriā paſſus ē. Aliam
q prior rogauit. Dñs autem ponit tres
graduſ circa reatū ire cū dic Ma.5. Om
nis qui iraſcitur fratri ſuo reus erit iudi
cio. Qui aūt dixerit rachareus erit cōci
lio. Qui autem dixerit fatue reus erit
gehenne ignis. De his dicendum eſt q
vbi creuit gradus culpe creuit ꝛ ordo pe
ne. Vnde recte ira ſine voce punienda ē
iudicio ira cū voce concilio ira cū ſermo
ne cōtumelie gehenne igni mancipatur
Secūdū Augu. In primo eſt ira tātuꝫ
In ſecundo ira ꝛ uox. In tertio ira eſt ꝛ
ſermo ꝛ cērta expreſſio irriſionis. Dicit
autem Grego. q iudicium ē cauſe diſcuſ
ſio. concilium ſententie diffinitio gehēna
ignis ſue executio. Notandum q redde
re malum pro malo eſt fragilitatis. ſicut
fecit Ioab quando interfecit. Abner. ſ.
interfectorem fratris ſui aſael. Sꝫ red
dere malum pro bono eſt peruerſitatis.
ſicut fecit iuda tradendo xp̄m. Reddeř
bonum pro bono eſt equitatis ſicut fecit
aſſuerus quando Mardocheū honora
uit. Reddere bonū pro malo ē perfectō
nis ſic fec btūs. Stephāus qui p īimicis
ſuis exauit. Filie ire ſecūdum Greg. ſūt
ſex. prima eſt rixa. hec eſt audax volun
tas vīdicandi iiuriā factā p ſe. Secūda ē
tumor mētis. hec eſt volūtas vindicādi
cauſa fugiens aduerſantem ne cū eo col
loquiū habeatur pp extimatas inimicici
as. Tertia ē contumelia que eſt volūtas
ſe vindicans per exprobationē malorū.
Quarta ē clamor que eſt volūtas ſe vin
dicans in exaltando vocem per vituperi
um exprobratum ꝛ ad aliorum per veni
ens aures. Quinta eſt indignatio que
ē uoluntas ſe vindicans per ſignum mo
leſtie exterius declaratum. ſexta ē blaſ
phemia que eſt voluntas ſe vindicans
per opprobrium deo vel ſanctis illatuꝫ
Ex ira veniunt multa mala. Hoſpiti
um ſpiritus ſancti turbat. Gregorium
Dum ira animum pulſat ſpiritui ſan
cto hoſpitium ſuum turbat. Nam ſi
cut in pace factus eſt locus dei. ſic in
diſcordia locus diaboli. Tales ſunt e
tiam incendiarij domus dei pſal.73.
Incenderunt igni ſanctuarium tuum
domine ꝛcetera. Vnde iſti ſunt ſimiles
draconi qui emittit ex ore igneꝫ. Quod
dei eſt ſibi vſurpat ſcilicet vindictam.
prouerbi.xii. Mihi vindictam ꝛ ego
retribuam. Talis ſe fecit iudicem. ꝛ
deum volit eſſe tortorem ſicut dic Au
guſtinus. Dic enim malus in orationibꝰ
ſuis. Domine occide malum inimicum
meum. Reſpondet ei dominus. queꝫ
veſtruꝫ? Ambo eſtis mali imortalis vult
eſſe actor ꝛ iudex in eadem cauſa. Stul
tum ſe demonſtrat. quia per cor ſuum
immittit gladium vt ledat tunicam inimi
ci. immo ſi ſapienter faceret prius ſe de
ſe ipſo vindicare deberet. iram. ſ. per ce
lum aduerſus iram ſuam per vitium aſ
ſumendo. Limam purgationis cōuer
tit in rubiginem deprauationis. aduerſi
tates enim que ipſum deberent a pecca
to purgare per impatientiam magis in
quinant ꝛ fornax probationis mutat ei
aurum in cuprum. ꝛ flagellum ex gra
no facit paleam. Duram ſententiam tal
in iudicio expectabit. Cum enim domi
nus improperabit quibuſdam. Nudus
fui ꝛ non cooperuiſtis me. Math.25.
Quid dicturi ſunt illi qui non ſolum nu
dos non veſtiunt. ſed etiam veſtitos ſpo
liant. Bellum mundi carnis ꝛ diaboli
contra ſe inſtaurant. ſed ſapientes ſedāt
minores guerras pp maiores que iminēt

Malam faciunt cōmutationē3.q꞉ auferē
do paliū bone fame dāt tunicā innocen
tie. Remedia ire ſūt.ꝓuer.26. Soleurij
obſeruatio.ꝓuer. Cū deſecerit ligna
extinguet ignis.q꞉ ſicut ex colliſiōe duoꝝ
corporū elicitur ignis.ita ex amaris ver
bis aliquoꝝ ira concitatur.ꝓuer.15. Re
ſponſio mollis frāgit iram, ſermo dur⁹
excitat furorē. Ibi dē. Quaſi q canē3 au
ribus ꝛc. Dñice paſſionis ꝯſideratio. G.
Si paſſio dñi ad memoriā3 reuocatur ni
hil a deo durū eſt qđ non equanimiter
tolleret. Hoc figuratū eſt nūeri.21. Ubi ī
ſpicientes ſerpentē eneum ſanabat. Itē
ꝓmiū tollerantie aīaduerſio. Uñ cōſide
ratio ꝓmiū minuit vim flagelli.

## De accidia. Cap. 18.

Accidia ē de virtutū laudabili exer
citio vtriuſqꝫ hoīſ lāguida delectō.
Item accidia ē diffidentia de ꝓpriis vi
ribus ꝛ de mādato dei iplendo ardua tri
ſtitia. Duo noīa ſunt huiuſ vitii ſ. Triſti
tia ꝛ Accidia. Horū aūt noium hec eſt rō
q꞉ in iſto pccō ē euerſio a ſpūali bono qđ
eſtimatur greue.ſicut ē ieiunare ꝛ huiuſ
modi.ꝛ rōe huius dr̄ triſtitia. Eſt ēt ibi cō
uerſio ad creaturā.ſ.ad quietē3 q̄ eſtimaꝛ
leuis ꝛ ratione huius dr̄ accidia. Pȝ er
go ex his ꝙ hoc vitiū ꝓut vocatur tri
ſtitia opponitur letitie ſpūali que eſt i ex
ercitio ſpūali. Sed ꝓut uocatur accidia
opponitur fortitudini que cōſiſtit i aggre
diēdis arduis. ꝛ ſuſtinēdis aduerſiſ. Ac
cidia denominatur ab accēdine. q꞉ ꝑ ea3
aīa tedium hȝ de oī ſpūali difficili. Acci
dia ſecundū. G. habet ſex filias. Prima
vocatur malitia que ſcḋ3 Aug. eſt volun
tas machinandi malū alicui. Cū enim qs
ſiuriatur aliī tūc iraſcitur ꝛ poſtea triſta
tur. ſcḋa diſperatio q꞉ diffidentia merito
rum mr̄ ē diffidentie ꝑmiorꝫ ex qua ire
rum oritur triſtitia. tertia puſillanimitas
que naſcitur ex diffidentia ꝓueniēte ex
conſideratione ꝓpe infirmitatis. vel o
peris arduitatis. quarta ē rācor qui ē in
ueteratū odiū. Sic enim ex charitate ſꝫ
opera bona ex qubus ē cōfirmatio chari
tatis. ita ex ira ē accidia ꝛ ex accidia uetu
ſtas ire. quinta torpor circa ꝑcepta. i. que
dā inſenſibilitas ꝑꝑ quā hō non pōt indu
ci ad executionem mādatorum dī. ſexta
ē euagatio mentiſ circa illicita. hec aūt e
uagatio quādoqꝫ ē particularis ꝛ certā3
hēt materiam. ꝛ ſic conuēit oībus vitiis.
qñqꝫ ē generalis ꝛ icerta. ꝛ hec ē ꝓprie
euagatio accidie. Qui.n. ē abſortus triſti
tia. non hñs i ſe vñ delectetur euagaꝛ ad
omnia querēs delectationē. Ex accidia e
ueniunt multa mala. Preceptū domini
negligitur. Geñ. 3. In ſudore vultus tui
veſceris pane tuo ꝛc. Maledictio dei in
curriſ. Exemplum de ficu cui dñs male
dixit. q꞉ folia tm̄ habuit. Mathei. 21. Di
ſcrepat a ceteris creaturis. Exemplū3 i
corporib⁹ inaīatis. ſicut in ſole ꝛ luna qui
quotidie ſurgunt ꝛ perficiūt curſū ſuum
Idē pȝ in corporib⁹ aīatis. ſicut ſūt arbo
res ꝛ herbe que lȝ in hyeme nude ſint. tm̄
virtutem ſeruāt. ꝛ in tpe ſuo redeūt ad ꝯ
ſueta. Idē oñditur in ſenſibilibus. ꝓuer.
6. Uade ad formicā o piger ꝛ conſi dera
vias eius. Precioſū tps perditur. q꞉ eo
nihil precioſius ē quo breui hora poſſet
obtinere ueniam grām ꝛ glīam. Et tm̄ ut
ait Ber. Nihil vilius reputatur. q꞉ dicūt
hoīes ocioſi. eccl. vi. Uenite ꝛ fruamur.
Spūale lucrū negligitur. q꞉ qui nō mer
catur i nūdinis poſtea ñ hēbit. ꝓuer. 21.
Propter frigus piger arere noluit. men
dicabit ergo eſtate ꝛ nō dabiſ ei. Incita
mēta vitiorū colligit. ꝓuer. 24. Per a
grū hoīs pigri tranſiui ꝛ ecce totū repleue
rāt vrtice ꝛ cooperuerāt ſuperficiem ei⁹
ſpine. Nō ꝙ aqua corrūpit quiete. ꝛ ferꝝ
cōtrahibit rubiginē. ꝛ porcus mactādus
permittiſ inquietē pingueſcere. Locum
diabolo prepat. q꞉ hō ocioſus ē quaſi pul
uinar diaboli. ꝛ in ollā tepidam libenter
muſce inſidiant que feruētē fugiunt. Tē
tationib⁹ pȝ. Uñ legiſ in collatiōibus pa
trū ꝙ monachū opantē demō vnus pul
ſat. ocioſū in nūeri demones tētāt. Eſt.n.
hō accidioſus quaſi vrbs abſqꝫ murorū
ābitu ꝛ quaſi ſignū poſitū ad ſagittā. mo
res peruertit. q꞉ vult metere ꝛ nō ſemi
nare. ſicut gattus q libēt piſces comedit
ſed nō eos libēter capit. Seneca. Incer
tū eſt in quo loco quomō mors te excipi
at. ꝛ ideo tu illā in oī loco ꝛ tēpore expec
ta. Furem fodientē parietē nō repellit.
q꞉ mors fur ē. ꝛ quotidie tollit vnū aſſe
rem. i. vnū diem. Mathei. 24. Si ſciret
vtiqꝫ paterfamilias qua ho. ſ. ve. vi. vtiꝫ
ꝛc. Receptaculū ſordiū ſe facit. Ber.
Omnium tentationū ſentina ē ocium. Ipm
de vtero matris exiuit. ſic eum mortuū
nec petra in qua iacuit. nec militū cuſto
dia potuit retinere. Integraliter. q̄ i cor
pore ⁊ aīa ſocialiter q̄ multa corpora ſā
ctorum qui dormierant ſurrexerūt. Eter
naliter. Ap⁹ ad Ro.6°. Chriſtus reſur
gens ex mortuis iam non moritur ⁊ce.
Similiter ſurgendū ē nobis ſpiritualit̄
ſicut eis modis reſurgemus i die iudicij
corporaliter. Reſurrectio chriſti ē cā ⁊
figura noſtre reſurrectionis ſpiritualis
cauſa dico motiua. ⁊ hoc dr̄ quia cā moti
ua eſt in cōparatione noſtri. Dum.n. conſi/
deramus gloriā reſurrectiōis chriſti mo
uemur ad ſurgendū i nouitate vite. Itē
cā motiua ē in conſideratione dei patris
q̄m pater deus reſurrectionem filio mo
uetur ad dādam eādem gloriā fratribus
ſuis ſicut rex q̄n facit filiū ſuum militem
mouetur amore filij vt cū eo faciat mul
tos milites. Figura vero fuit q̄ ſicut xp̄s
ſurrexit in nouitate vite. ita ⁊ nos in no
uitate vite ambulemus. Itē ſicut diē re
ſurrectionis xp̄i preceſſit dies mortis in
paſceue. ⁊ dies quietis in ſabbato ſequē
ti Ita ⁊ noſtram glorioſā reſurrectionē
precedit in nobis mortificatio vitiorum
⁊ quies cōtēplationis eternorū. nota q̄
ſicut duplex eſt mors. ſ. aīe per culpam.
⁊ corporis per extinctionem. ita duplex
eſt reſurrectio. ſ. anime p gratiā ⁊ corpis
per gloriam. Et ſicut anime mors cauſa
fuit mortē corporis ſicut habetur Gen̄.
tertio. Ita econtra reſurrectio aīe cauſa
bit reſurrectionē corporis glorioſā. Sci
endū q̄ qdā reſuſcitātur ficte ſicut. Sa/
muel qui licet vere. Sauli apparuerit.
vt habetur primo Regum 27⁹. non tñ
vere reſuſcitatus fuit quidam iperfecte
ſicut Lazarus iterum moriturus. quidā
perfecte ſicut chriſtus ſemper victurus
Prima reſuſcitatio ſignificat cōuerſio/
nem ſiue penitentiā hypocritarum. Se
cunda recidiuantium. Tertia perſeuerā
tium.

De aſcenſione chriſti. Cap. 24.

d Ifferentia ē inter aſcenſionē ⁊ aſ
ſumptionem, ⁊ euolationem quo/
niam aſcenſio pertinet ad chriſtum. Aſ
ſumptio ad beatam virginem. Euolatio
autem ad alios ſanctos. Et rō huiuſmōi
eſt quoniam aſcenſio fit propria virtute
aſcendentis. Aſſumptio autem virtute
chriſti aſſumentis qua filius obſequitur
matri. Euolatio vero fit miniſterio ange
lorum. Alia eſt dr̄a q̄ locus euolantium
eſt ſecundum diſtinctionem chorū. Lo/
cus vero aſſumpte virginis eſt ſup cho
ros angelorum. Locus chriſti aſcēdentis
eſt ſupra vel vltra locum aſſumpte vir
ginis. Circa aſcenſionem chriſti octo ſūt
conſideranda que circunſtāt aſcenſionē
⁊ colliguntur ex officio de aſcenſione. pri
mū ē q̄ eleuatus ē videntibus diſcipulis
vt deſiderū veniendi ad ipſū excitaret
in eis. ſecūdum eſt q̄ nubes ſuſcepit eū
ab oculis eorū. p vmbrā nubis ſignatur
q̄ in hoc mortali corpe. Jeſum in altum
videre ñ poſſumus. 3. ē q̄ eleuatis mani
bus ferebat in celū. Eleuauit manus pp
duo. ſ. ut ſuos patri offerret ⁊ vt inimi/
cos manu alte retracta pcuteret. quartū
eſt q̄ bñ dixit eis vt eos contra hoſtem
muniret ⁊ bonis celeſtibus augeret. q̄n
tum ē q̄ aſcendit in iubilatione q̄ refert
ad vocē iocūditatis redemptorū aſcēdē
tiū cū ipſo qui prius voce lachrymabili
in portis inferni clamauerunt. Adueniſti
deſiderabilis quē expectabamus. ſextū
ē q̄ aſcendit i voce tube. q̄d refertur ad
ſonū p̄dicatōis apoſtolorū qui ſonus fu
it eis iniunctus dicente dn̄o. Luce. ix. Eū
tes in mūdum vniuerſū predicate euan
geliū oī creature. Math. vltimo. Ex tūc
enim i omnem terrā exiuit ſonus eorum
ſeptimū ē q̄ aſcendens in altū captiuā
duxit captiuitatē ideſt captiuos i captiui
tate iferni quos ſecum victor eduxit. oc
tauū ē q̄ dedit dona hoībus. q̄ omia bo
na noſtra deſurſum ſūt quo chriſtus aſcē
dit. Horū prima duo habētur ex epiſto
la. ſed tertium ⁊ quartum ex fine euāgelij.
Luce vltimo. quintum ⁊ ſextum ex pſal:
ſeptimū ⁊ octauum ex epiſtola pauli ad
ephe. quarto. Aſcēdit chriſtus egreſſus
ad celum multipliciter. ſ. tanquam verus
obediens completa obediētia quo ad pa
trem tāq̄ bonus mediator facta pace ⁊
concordia quo ad homines tāq̄ ſtrenuus
ꝓpugnator contra demones. Aſcendit
chriſtus pluribus de cauſis. ſ. ad ꝗeſcen
dum poſt labores quibus fatigatus fuit
triginta tribus ānis nobis ſeruiēs. Ad in
tercedendū p amicis, p q̄bus vtilit̄ labo
rauit. Ber. Securū acceſſū habes o hō
ad deū vbi habes filium mediatorem. ⁊
matrem mediatricē. Filius oſtendit patri
latus ⁊ vulnera. Mater oſtendit filio
pectus ⁊ vbera ibi nulla poteſt eē repul
ſa vbi tot occurrūt amoris inſignia. Chri
ſtus ergo optim⁹ aduocatus ē qui tot ha
bet linguas ꝓ nobis loquentes quot pro
nobis vulnera accepit. ad cōquerēdum
de inimicis pro quibus vires ſuas in vti
liter expēdit. Iſa. xlix. In uacuum labo/
raui item aſcendit chriſtus vt nobis locū
prepararet. Jo.16. Vado uobis parare lo
cū vt fiduciā hoc ipſū ſperādi nobis tri
bueret vt in corporalē poſſeſſionē et ne
hereditatis nos mitteret. Jo.13. Si enī
nō abiero paclytus nō ue. ad vos. Vt de
ſideriū noſtrū poſt ſe traheret. Cant.i.
Trahe me poſt te. Vt viā nobis ad celū
oſtēderet. q̄ ſicut dixit Lucas. 24. Edu
xit dn̄s prius diſcipulos ſuos foras ciui
tatē in Bethaniā vt ipſa eductōe cogno
ſcerent hic nō habere manētem ciuita
tem. Quod autē in Bethania eduxit
eos prius que interpretat̄ domus obedi
entie ſignat q̄ per bonū obedientie trā
ſituri eſſent ad celeſtia. poſt hoc tranſire
fecit eos in montē oliuarū vt p mōtem
intelligat̄ eminētia ſpūs i cōtēplatiōe p
oliuas aūt pinguiſſimi pectoris deuotio.
Vlterius vero poſt iſta ñ reſtat niſi ſalt⁹
aīe in celū. Exaltatus fuit xp̄s tripl̄r. ſ. i
terra p vite meritū. ſup terrā p crucis ſu
ſpendiū. ſup celos p aſcēſiōis iubilū. Aſ
cenſio chriſti fuit āgelis mirabilis. Iſa.
63. Quis eſt iſte qui venit de edon tictis
veſtibus de boſra. demonibus terribilis
.i. R.g⁹. Non fuit tantū gaudiū heri et
nudius tertius. Vhe nobis. Hec ſūt ver
ba philiſtinorū q̄n vociferabant filii Iſ
rael. dū aduceretur archa federis de ſy
lo in caſtra ut per eam haberent diuinū
adiutoriū i prelio. Hoīb⁹ ſalutaris ſicut
apparet ſupra ex multiplici aſcenſione
chriſti. Aſcendit chriſtus multipliciter.
ſ. potēter. q̄ eleuatis māibus ferebatur
in celum patenter q̄ videntibus illis ele
uatus eſt. Gaudenter quia aſcendit in iu
bilatione. Dicenter quia cū duabus tur
mis regrediebatur. ſ. hominum. ⁊ angelo

rum. Non ãt dico q ibi fuerit angeli i ad ſutoriuȝ neceſſitatis. ſȝ in obſequiũ digni tatis. Hoies quoq; illos dico quos de iſe ris liberauit. ⁊ q poſt reſurrectionẽ mor tui ſũt de numero ſaluãdorũ. nec purga torio ulterius indignẽtes. Clementer ga bũdixit eis. xp̃s nõ ſtatiȝ p⁹ r̃ſurrectionẽ celũ aſcendit triplici rõne. Prima q2 dif ferenda erat aſcẽſio vt mul tiplicit ꝓba retur reſurrectio. vt dr̃ Actuũ. j. In mul tis argumentis apparẽs eiſ per dies. 4o. ſcõa ẽ ut patientiam nr̃am informaret qua mercedẽ debemus equanimit̃ expec tare. ſicut agricola nõ ſtatim p⁹ ſeiationẽ metit. ſȝ fructuũ maturitatem expectat. tertia ẽ pp diſcipuloꝝ cõſolationẽ. vt di cit gloſa. Act. j. ſicut. 4o. fuerũt hore mõ tis xp̃i. ita. 4o. diebus cũ eis cõuerſatus eſt poſt reſurrectionẽ. q2 ꝯſolatio diuina excedit triſtitiã humanã. Nota q xp̃o cõ uenit deſcendere de celo tm̃modo ſcõm diuinã naturã. q2 deus illuc venit dicitur vbi ſpãli effectu apparet. ſȝ aſcendere ꝓ prie ei cõuenit ſcõm humanã naturaȝ. q2 ſcõm illam ſolũmodo mutat locũ. nõ ſe cundũ diuinã naturã.

De aſcenſu xp̃i ad dexteram. Ca. 25.

a Scendẽs xp̃s in celũ ſedet ad dex terã dei p̃ris oipotentis. Duo itel liguntur p dexterã. Primũ eſt equalitas maieſtatis ad quã xp̃s ſedet ſcõm diuini tatẽ. De hac dextera loqtur Ap⁹ ad he. 8. dicens. Talem hẽmus pontificẽ q cõſe det in dextera maieſtatis in excelſis. ſcõȝ ẽ q per dexterã intelligũtur potiora bo na glorie in qbus xp̃s ſedet ſecundũ hũa nitatem. qm̃ collatum ẽ ei a deo qcqd' con ferri potuit. ⁊ licet ab inſtãti cõceptionis xp̃s acceperit bõa gr̃e ⁊ glorie in aia ea dẽ tamen bona fuerũt in aſcẽſione mani feſta. ⁊ in loci cõgruẽtia cõpleta. De hac dextera dr̃ ad colo. 3°. Que ſurſũ ſũt que rite vbi xp̃s eſt i dextera dei ſedẽs. vbi di cit glo. que ſurſũ ubi ſedet xp̃s ſunt potõ ra bona gr̃e ⁊ glorie. Dicimus ergo q a ſcenſio xp̃i fuit tã ad locum q̃ȝ ad dignita tẽ. Inquantũ qu'dẽ fuit ad locũ ſic aſcen dit ſup oẽs celos vſq; ad dignilſimũ locũ celi ẽpirei. ſiue ad altiſſimã eius partẽ eo q nobiliſſimo eius corpi xp̃i congruit lo cus talis. Non ẽ tn̄ dicendũ q corpus ſu uȝ ſit obligatuȝ ad locũ illum. ſȝ q2 locus ille ſit ibi ſcõm cõgruentiã deputatuſ. In quantũ autem aſcẽſio fuit ad dignitatem ſic ſedet ad dexterã p̃ris. non tn̄ quo ad ſi tum q patri nõ cõuenit. ſed quo ad excel lentiam duplicẽ ſicut dictũ eſt q2 p dexte raȝ intelligit̃ equalitas maieſtatiſ que cõ petit xp̃o ſecundũ diuinitatem. vel pfec tio premij q̃ ſibi cõpetit ſcõm humanita tẽ. Preterea dicendũ quoq; nõ eſt q credim⁹ xp̃m ad dexterã dei p̃ris ſedẽtẽ. Stepha nus ãt vidit eũ ſtantẽ a dexteris dei quia nos credimus eũ regnantẽ ⁊ quieſcenteȝ qđ notatur i ſeſſione. ſȝ Stephanus i tri bulatõne poſitus hũit propugnatorẽ ⁊ ſu ſceptorẽ. vñ vidit eũ ſtantẽ. Merito xp̃s dr̃ ſedere ad dexterã dei. Sedere quideȝ q2 laborauit. ps. 87. In labo. ſui a iu. mea ad dexterã aũt. q2 din fuit i ſiniſtra aduer ſitatis. ps. 3vii. afflictuſ ſum ⁊ hu. ſum ni. Dei quia poſt abiectionẽ merito dȝ cõſe qui gloriam. quia q ſe humiliat exaltabit

Explicit liber quartus. Incipiunt Ca pitula libri quinti.


De virtutibus ⁊ origine gr̃e. 1
De bono. 2
De diſtinctiõe grãrum. 3
De effectu gr̃e. iiii
De virtutibus. ⁊ primo quid ſit virtus. v
De perfectione virtutũ. vi
De equalitate virtutum. vii
De cõnexione virtutum. viii
De cõmendatione virtutũ. ix
De effectione virtutum. 10
De merito virtutum. ii
De bilitatione virtutũ. i2
De operibus meritorijs. i3
De fine actionis. xiiii
Quid mereamur. xv
De diffinitionibus ⁊ differentijs virtu tum. 16
De differentia virtutum cardinalium ⁊ theologicarum. xvii
De virtutibus theologicis i genere. 18
De fidei virtute. xviii
De effectu fidei. 20
De articulis fidei. 2i
De ſpe. 22. De charitate. 23
De differentia inter charitatem ⁊ alios mores. 24
De effectu charitatis. xxv
Quibus rebus charitas aſſimilet̃. xxvi
De excellẽtia charitatis. 2vii
De ſignis dilectionis. 28
De gradib⁹ amoris 29
De ordie charitatis. 30
De dilectione ꝓximi. 3i
De dilectione inimicorum. 32
De virtutibus cardinalibus i gñe. 33
De prudentia. 3iiii
De temperantia. 35
De fortitudine. 3vi
De iuſtitia politica. 37
De donis in communi. 38
De timore in communi 3viiii
De timore ſeruili. xl
De timore initiali. xli
De timore filiali. xlii
De dono pietatis. xliii
De dono ſcientie. xliiii
De dono conſilij. xlv
De ſapientia ⁊ intellectu. xlvi
De btitudinibus in genere xlvii
De prima beatitudine. xlviii
De ſecunda. xlviiii
De tertia. l
De quarta. li
De quinta. l2
De ſexta. l3
De ſeptima liiii
De octaua. lv
De ſenſibus ſpiritualibus. lvi
De fructibus ſpiritualibus. i2. lvii
De dulia ⁊ latria. lviii
De preceptis in genere. lviiii
De primo precepto. lx
De ſecundo. lxi
De tertio. lxii
De quarto. lx3
De quinto. lxiiii
De ſexto. lxv
De ſeptimo. lxvi
De octauo. lxvii
De nono ⁊ decimo. lxviii
De conſilijs in genere. lxviiii
De conſilijs euangelicis. lxx


Explicũt capitula. Incipit liber quintus.

De virtutibus ⁊ origine gratie. Capitulum. 1.

Quemadmoduȝ de celis deuſ nõ deſcendit p eſſẽ tiam ſuã icõmutabilem ſed p influentiã ab ipſo manãtẽ. ita nec ſpũs rõnalis eleuatur ſu pra ſe p ſitũ localẽ. ſed p hitum dei for mẽ. vnde neceſſe ẽ ſpũi rõali ſi dȝ eẽ di gnus eterne beatitudis q ꝑticeps ſiat influentie bonitatis diuine.

De bono Cap. 2

a D bonũ gratie nõ põt quis per ſe venire cũ hec n̄ ſit ſcõm limites nature. ſed ſcõm iſluẽtiã largitatis diuie. Sicut n. creatura ꝓ ſua defectibilitate ſuo pri cipio ſemp eget. vt ſit in eſſe nature. ſic idẽ ꝑncipiũ p2o ſua bonitate influere nõ ceſſat creature rõali vitã ſpũalem. ut hñ ſit ei i gratia quã nõ põt hr̃e ſine deo lar gitore. Verũtñ inexcuſabilis ẽ hõ ſi gra tiã gratũ faciẽtẽ nõ recipit. q2 gr̃a grat̃ data ſemp preſto eſt liberũ arbitriũ ex citare ⁊ ꝯmouere cui⁹ ẽ huic ãmonitioni cõſentire ⁊ hoc ẽ q in ſe eſt facere. quo facto põt hõ ad gratiã gratũ facientẽ ſe preparare. Quãuis n. gr̃a hẽat̃ di dono efficiẽte nõ tñ ſine libero arbitrio cõſen tiẽte. q2 ſicut ait Aug. Qui creauit te ſi ne te non ſaluabit te ſine te. Itẽ gratia gratũ faciẽtes a trib⁹ ẽ. ſed aliter ⁊ alit̃. Eſt. n. a deo efficiẽte a gratia gratis da ta liberũ arbitriũ excitãte ⁊ mouẽte ⁊a

libero arbitrio cōſentiente. q̄uis .n. cui li
berū arbitriū nō poſſit gratiā efficere in
hoie pōt tn̄ ſe ad hoc abilitare ⁊ ꝑparare
vt heat. Sicut aliqs non pōt illuminare
domum. poteſt tn̄ aperire feneſtram quo
facto ſol intrat ⁊ domū illuminat. Nō āt
dico de libero arbitrio conſentiente itel
ligo de adultis. qꝛ in ꝑuulis fides parētū
⁊ ſacramentū eccleſie. ⁊ meritū xpi ſuffi
cit. ⁊ excuſat eos in potētia ſui. Sciendū
ē q̄ habilitatio ſiue preparatio ad grām
triplex eſt. ſ. efficiēs formalis. ⁊ materialꝭ
Prima eſt a deo. ſcd̄a a grā gratis data.
tertia a nobis. Aīa hēt facultatē
⁊ inſtinctū cognoſcēdi ⁊ diligendi deum
ex natura. ſed non hꝫ cognitionē verita
tis ⁊ ordinē dilectionis niſi ex gratia. Ad
opera bona tria nos incitāt. ſ. lex nature
que ſcripta ē in corde hois dicens. Que
uultis vt faciāt vobis hoies ⁊c̄. Nō que
dicit ea eſſe delectabilia. vtilia ⁊ honeſta
Gratia que dicit ſeruiendum eſſe deo. qꝛ
ſūme bonus. ſubueniendū proximo. qꝛ di
filius. quia imago dei. qꝛ in btitudine ſoci
us. Grā non datur ei qui ſe nō habilitat
ad grām. ⁊ de hoc multa hēs exempla. ſ.
in illo qui ad largientem manū non extē
dit. qꝛ deus quātū in ſe ē dat omnibus af
fluent. In illo q̄ contra lumē oculos clau
dit cum deus facit oriri ſolē ſuum ſuꝑ bo
nos ⁊ malos. In illo qui fontē reperiēs ſū
dum vaſis ſurſū erigit. qꝛ deus ſicut ait.
Aug. ingēti liberalitate. ac libertatis ubē
tate repleuit oēs creaturas pro captu ea
rū. In illo q̄ domum ſuā cingit ſpinis ne
ingrediatur aicus. Ipſe vero dn̄s ſemꝑ
ſtat ad hoſtiū ⁊ pulſat. In illo q̄ cātabruꝫ
⁊ ziʒaniā non extirpat de agro ſuo ꝑꝑ qd̄
fructus proficere non pn̄t. In illo q̄ ligna
igni ſubtrahit. qꝛ tūc ignis dficit. In illo
qui ad ſumendū cibū negligit os aperire
qꝛ talis dꝫ merito fame mori. In illo qui
tpe pugne arma proijcit. qꝛ talis ſepe ca
pitur ⁊ vulneratur. In illo q̄ mouere ne
glig t remos tpe tempeſtatis. qꝛ talis ſub
mergitur. In illo qui exn̄s in egritudine

medico cōtradicit. Gratia nobis procedit
a deo ſicut radius a ſole. ſicut germē a ra
dice. ſicut mel a flore. ſicut riuus a fōte. ſi
cut imago ab artifice. ſcd̄m exēplar inte
rius ⁊ facturam exterius.

De diſtinctiōe grāꝝ. Cap. 3.

Gratia dr̄ triplex. Primo generali
ter. ⁊ ſic grā ē adiutoriū diuinum
creature gratis īpenſuꝫ ⁊ inderēt ad quē
cūqꝫ actū qꝛ ſine huiuſmōi adiutorio gra
tie nihil poſſumus facere. īeo nec in eſſe
durare. ſcd̄o dr̄ gratia ſpāliter. ⁊ talis grā
dicitur gratis data. ſ. donū quo ſe hō pre
parat ad ſuſcipiendū donum ſpūs ſci. Hu
ius enim grē eſt reuocare liberū arbitriū
a malo. ⁊ excitare ad bonū ſine qua null⁹
facit ſufficienter quātū in ſe ē vt ꝑparet
ſe ad ſalutē. tertio dr̄ gratia ꝓprie. ſ. do
nū datum diuinitus ad merendū. qd̄ qui
dē donum gratia gratū faciens appellatꝛ
Sine iſta gratia nullus pōt mereri. nec i
bono proficere. nec ad gloriā ꝑuenire. iſta
gratia triplex īuenitur ⁊ inuitur ex vbis
Apoſtoli vbi ait. ad cor. iſ. Grā dei ſum
id qd̄ ſum. ecce pⁱma. ⁊ grā eius in me va
cua non fuit. ecce ſecūda. ſed gratia eius
ſemꝑ in me manet. ecce tertia Preter ꝑ
dicta dr̄ gratia gratis dās. vt eſt ds̄. Itē
gratia gratie ſignū vt eſt prophetia ⁊ po
teſtas faciēdi miracula. Gratia gratū faci
ens diſtinguitꝛ in operātēꝫ. ⁊ cooperantē
Gratia opans dicitꝛ ꝑueniens. ⁊ incipiens
ac liberās. qꝛ peccatū expellit. Gratia coo
perans dicitꝛ ſubſequēs. ⁊ proficiēs ac di
uinās. qꝛ liberum arbitrium adiuuat. ⁊ ei
cooperatur i merito. Multipliciter diſti
guitur bonū. eſt enim bonū per eſſentiaꝫ
⁊ hoc ē deus. Unde nemo bonus niſi ſo
lus deus. Eſt ⁊ bonū per participationeꝫ
⁊ illud diſtinguitur in bonū nature. Und̄
Aug. Oē qd̄ eſt in q̄ꝫtum ē bonū ē Gen̄.
ſecūdo Uidit deus cuncta que fecerat. ⁊
erant valde bona. Item eſt bonum in ge
nere. hoc eſt bonū in obiecto ſicut elemo
ſyna. Nam ibi eſt actus in dbita materia
etiam ſi deſit forma ſubſtantiarum. Iteꝫ

eſt bonū ex circūſtantia. hoc eſt qn̄ bonū
gnē veſtitur debitis circunſtātijs ſicut ē
dare elemoſynā indigenti tēpore debito
ex cōpaſſione ⁊ huiuſmōi. Itē eſt bonuꝫ
virtutis. ⁊ hoc eſt qn̄ additur operi perfe
ctio ex ꝑte operantis que eſt ꝑ hituꝫ mē
tis bene cōſtitute. Itē eſt bonū meritori
um hoc ē qn̄ additur operi ipſi debiti fi
nis intentio ſuꝑ motū naturalē Item eſt
bonū gratie vt eſt ipſe hitus gratū deo
faciens. Item eſt bonū glorie vt bonuꝫ
remunerationes eterne.

De effectu gratie. Ca. 4.

Effectus gratie ē quod excitat libe
rū arbitriū ad bene cogitandū. ⁊
ſanat ipm̄ mutando affectū ipſūqꝫ robo
rat perducendo ad actū. Itē gratia ho
minē deo reconciliat. a peccato quoqꝫ li
berat ⁊ penā eternam in temporalē con
mutat. Itē gratia opera noſtra merito
ria noſtra meritoria facit. ⁊ bona ꝑ pccm̄
cōmiſſa reſtituit atqꝫ ſtabulū in palatium
conuertit. Item per grām efficitur auia
ſponſa chriſti filia regis eterni. ⁊ templū
ſpiritus ſancti. Item grā ipſā aīam pur
gat illuminat ⁊ perficit. Item grā mēteꝫ
eleuat deo aſſimilat. ⁊ ſpūali ſolatō cibat
Nota q̄ oīs virtus gratuita ſimul īſit
aie cū gratia nō tn̄ hꝫ effectum ſuū tā ci
to ſicut gratia. qm̄ effectus gratie ē face
re gratū deo. ⁊ facere dignū vita eterna
⁊ hic effectus ſtati ineſt puero poſt bapti
ſmū. Uirtutis autē effectus elicere actū
meritorium de potentia ⁊ hic effectus n̄
ſtatim ineſt puero poſt baptiſmū. hoc āt
nō eſt ꝑꝑ defectū virtutis ſed ꝑꝑ ipoten
tiam nature agētis. Puer. n. nō ē aptus
ad actus voluntarios. Unde ſciendū q̄
triplex ē perfectio. Prima eſt grē ⁊ cau
ſat gratuitū. ſcd̄a ē virtutis ⁊ cauſat bo
nū actū. tertia eſt opis virtutis. ⁊ cāt me
ritū. prima ꝑfectō ꝑficit aiam. ſcd̄a perfi
cit aie potentias. tertia ꝑficit ipſos act⁹.

De vtutib⁹. ⁊ primo quid ſit virtus.
Capitulum. 5.

Nunc virtutibus ē agendū ⁊ primo
quid ſit virtus. Uirtus ē vt ait. A
ug. bona qualitas mentis. qua bn̄ viuitur
qua nullus male vtitur. quā ſolus deus
in hoie operatur. Hec diffinitio datur in
cōparatione ad agentē Itē Aug. Uirtus ē
hitus mētis bene inſtitute. hec datꝛ in cō
paratione ad bonū in quo ē. Itē phūs ꝑ
mo ethi. Uirtus eſt hitus voluntarius ī
medietate cōſiſtens quo ad nos termina
ta rōe ꝑut ſapiēs determinabit. Hec da
tur i cōparatione ad actū i quē eſt. Itē phi
loſophus. 7⁹. phicoꝝ uirtus eſt diſpō per
fecti ad optimū hec datꝛ ſcd̄ꝫ cōparatōeꝫ
ad finem. Iteꝫ Iſidorus. Uirtus ē animi
habitus nature decus vite ratio moruꝫ
pietas cultus diuinitatis honor hominis
eterne beatitudinis meritum hec datur
i cōparatione ad effectū. Diffinitō Aug.
ſic exponitꝛ. Uirtus ē bona qualitas. hic
ponitꝛ qualitas ꝓ gnē bona vero ad drāꝫ
malarū qualitatū aie. Dicitur queqꝫ bo
na qm̄ a bono deo datur. ⁊ bonos tm̄ ibi
tat. ⁊ bonos facit ⁊ ad bonū ꝑducit. men
tis ponitur ad differētiā qualitatum que
ſunt i corpore qua bene viuitur ponitur
ad differentiam qualitatum quibus rec
te intelligitur. ſicut eſt ſcia qua nullus ma
le vtitur ponitur ad differentiam quali
tatum quibus bene ⁊ male vti poſſumus
quam ſolus deus operatur in homie pōi
tur ad differentiam virtutum cardinali
um que hn̄tur per acquiſitionem. Circa
aliam diffinitionem Aug. notandū eſt q̄
ibi ponitur hitus mentis bn̄ inſtitute. ⁊
hoc ad ſimilitudinem regni. quod tūc be
ne inſtituitur quando recte conſulitur ⁊
bene imꝑatur ⁊ iuſte obeditur. Eodē mō
bn̄ inſtituta eſt mens ſi rō recte cōſulit.
ſi voluntas bn̄ iꝑerat. ſi ſenſualitas debi
to mō obtemperat. Ethimologia virtu
tis hec eſt. Uirtus. n. dr̄ quaſi vis intus.
⁊ hec vis conſiſtit in aggreſſione arduo
rum in tollerantia aduerſorum ⁊ in abſti
nentia placitorum. Item dicitur virtus
quaſi uiror nitens. Item dicitur virtus

quaſi vi ñ tuens. Itē dicitur virtus qua
ſi uiribus nitēs. Item dr̄ virtus quaſi vi
ri ſtatus.

### De perfectione virtutū. Cap. 6.

c Um virtus in medio cōſiſtat ſcdʒ
phm̄. illud mediū eſt in tribus. ſ. in
agendis. i. intra. ſupra. ⁊ citra modū. ap⁹.
Rōnale obſequiū veſtrū. Ro. xi⁹. In ha
bēdis. ſ. inter ſuperfluū ⁊ indigentiā. pro
uer. 30. Diuitias ⁊ paupꝑtates ne dederis
mihi. In ſuſtinendis. ſ. inter eleuari in ꝓ
ſperis. ⁊ deiici i aduerſis. vñ illud. Nō de
clinetis a dexteris neqꝫ a ſiniſtris. Multi
plex ē perfectio. ſ. ſufficientie. hāc habēt
oēs exiſtentes in charitate. Ordinis h⁹.
propriū eſt ſeruare continētiaʒ. Religio
nis huius propoſitum ē renunciare oībus. ꝑ
lationis ad hāc ptinet ponere aiam ꝓ oui
bus ſuis. Securitatis huius propꝛium eſt
hēre mortem in deſiderio. ⁊ vitā in patiē
tia. ad pmam perfectionē tenetur q̄libet
ad vltimā vero nullus tenet. Sed ad tres
medias tenentur aliq ex voto. ex officio
⁊c̄. Uirtus cōparatur multis rebus: ſ. au
ro. Eccl. 3. Aurū probat fornax. Theſau
ro abſcōdito Math. 13. Simile ē re. celo
the. abſcon. Gēmis Eccl. 47. Quaſi vas
auri. ſo. o. la. preci. Armis. 2° Re. i. Quo
modo ceciderūt fortes in ꝑlio. ⁊ perierūt
ar. bel. Arboribus. Math. 7°. oīs arbor
bona fru. bo. f. de hoc Ugo de ſcō victor
arbor ſapie per timorē ſeminatur. ꝑ grāʒ
irrigatur. ꝑ fidem radicatur. per deuotio
nem germinat. per deſideriū creſcit per
charitatē roboratur. per ſpē viret. ꝑ cir
cunſpectionē frondet. ꝑ diſciplinaʒ floret
per doctrinā fructificat. per patientiā ma
tureſcit. per mortē carpitur. Item virtus
cōparatur floribus. Cant. 2°. Fulcite me
floribus. Fontibus. Cant. 4. Fons ortorū
puteus aquarū. Semitis. prouer. Uie ei
us vie pulchre. ⁊ omnes ſemite eius paci
fice veſtibus. ps. xliiii. Aſtitit regia a dex.
t. i ve. deau. Stellis. Baruch. 3°. ſtelle au
tem dederūt lumē in cuſtodijs ſuis. Pig
mentis. Cant. Que ē iſta que aſcendit ꝑ
deſertū ſicut uir. fu. ex aro. mir. ⁊ vni. pul.
pig. Cibarijs. vnde dñs in euangelio. Jo.
4°. Meus cibus ē vt fa. vo. eius qui mi.
me. Alijs. ps. 54. Quis dabit mihi pennas
ſicut co. Tres ſūt bone cōditiones virtu
tis que ſunt tentatiōis remotio. actuum
multiplicatio. ⁊ in bono delectatio. primū
ipſam virtutem firmat i radice. ſcdʒ qua
ſi floribus decorat. tertiū ſapore fructuū
delectat. Similiter dicendū eſt ꝙ ad con
ſumationē virtutū quattuor iſta concur
runt. ſ. diſpō preparās. habitus iformans
operatio probās. pmium coronās.

### De equalitate virtutū. Cap. vii.

n Irtutes omnes in eodē homine ſi
equales. lʒ inter ſe ſiut diſtincte ꝑ
proprias excellētias. ⁊ hec equalitas in
multis cōtingit. Equales nāqꝫ ſūt virtu
tes. Primo quantū ad eſſentiā. q2 oīs v
tus ſimplex eſt. ſcdo quantū ad equalē ra
dicationē in aia ſecūdū ꝙ in ipſis ē. tertō
quantū ad relationē ad eundē finem. qa
omnes pp deum operant. quarto q̄ntum
ad equalē effectū. q2 equaliter faciūt di
gnū vita eterna. 5° quantum ad equaleʒ
facilitatē ad actus ſuos quantū in ipſis ē
niſi impediantur. ſicut virtutes equales
ſūt predictis mōis ita inequales ſūt alijs
modis. Primo quātū ad vſum. q2 ſūt ſic
arma. ſʒ ſicut miles nō pugnat equaliter
cū oībus generibus armoꝝ ſic eſt de vir
tutibus. ſcdo quantū ad auctoritatē. quia
ſcdm hoc maior ē oībus charitas. Et que
libet virtus pōt eſſe maior alia ſecdm ali
quā prerogatiuā quam hʒ ſecundum ali
quē effectū. 3° quantū ad feruorē q2 una
virtus feruentius opatur. ſciendū eſt ꝙ
eadē virtus nūero nō eſt equalis ſibi ſeꝑ
Creſcūt. n. v̄tutes multis mōis. ſ. quantū
ad intenſionē. quantū ad radicationē. quā
tum ad potentiā v̄tutis. quantū ad maio
rem expreſſionē diuine ſimilitudinis. ⁊ q̄
tū ad diuturniorē pmanentiā. Preterea
creſcente vna virtute creſcūt oēs. ⁊ hēs
exēpluʒ in cythara in q̄ ſi debet eē dedi
ta proportio ſonorum. neceſſe ē vt quan
do vna chorda tendit. ēt omnes alie ten
dātur. ne i armōia fiat diſſonātia. Quaſ
āt poleat aliqs vſu vnius virtutis poti⁹
q̄ alterius multe ſūt rōnes. Prima ē qa
deo ſic placet qui dator ē v̄tutis. ſcda eſt
natura cōplexionis que magis ē cōſona
opibus vnius virtutis q̄ alterius. tertia ē
vſitatio q2 exercitauit ſe quis magis cir
ca vnā virtutē q̄ circa aliā. quarta ē qa
min⁹ ipugnatur a uitio cōtrario illi vir
tuti. quinta ē q2 maiorē hēt diſcretionē i
opibus vnius virtutis q̄ alterius. Que
libet n. virtus habet ſuas ꝓprias rōes.
ſexta ē difficultas ſtatus. q2 cū de nouo
quis cōuertitur licet hēat maiorē chari
tatē q̄ alius qui diu fuit in charitate. nō
tn̄ ē ita bñ expeditus ad bñ agendū ſicut
ille pp reliquias pccōrum que adhuc in
herent. Magnitudini ſcientie reſponde
re debet magnitudo virtutis. ⁊ hoc mul
tiplici rōne. i. rōe exēpli diuini. Jo. i. Ple
nū grē ⁊ veritatis. Luce vltimo. potens
in opere ⁊ ſermone. Act. i. Cepit Jeſus
fa. ⁊ do. rōne exēpli angelici qui quanto
plus cognoſcunt tāto plus diligūt ratōe
exempli humani. Math. v. Qui autem
fecerit ⁊ do. hic ma. uo. ⁊c̄. rōne exempli
naturalis quoniā lux ⁊ calor i ſole ꝓpor
tionātur rōe obligationis. Luce. 12. Ser
uus ſciens uo. do. ſ. ñ. fa. plagis ua. mltis.

### De cōnetione virtutum. Ca. 8.

c Onnexe ſūt ſibi uirtutes ⁊ coor
dinate ita ut q unā hēt. hēt ⁊ oēs.
prima rō ē largitas dei dātis. q2 ñ dat u
nā ſine alia. ſcda rō ē q2 ſicut unū mēbrū
idiget alio ſic ē in virtutibus. tertia rō ē q2
ſicut i cythara ſi defuerit una chorda ñ
erit armonia pfecta ita nec i aia erit ſpū
alis melodia niſi adſint oēs v̄tutes. quar
ta rō ē q2 cōtra ſingula vitia ſūt alique
virtutes. Uñ oportet oēs v̄tutes hrē ut
oia vitia ipugnēt. qnta rō ē q2 ſicut ſtelle
ſupſūt i ſpis ſuis. ita ⁊ virtutes i aie ſeō
eē debēt. ſexta rō ē q2 aia ē ſicut vas ſo.
ornatū oi lapide ꝑcioſo. i. uirtutibus. ſep
tia rō ē q2 aia ē ſicut ortus nobil cui ñ de
eſt decor virtutis: octaua q2 aia ē ſicut ap
potheca cui deeſſe nō dʒ oīs uirtual me
dicina. ea que d̄ ꝯnexiōe uirtutū dicta ſū
itelligi dēbent de uirtutibus gratuit que
oēs quo ad hitus ſūt ꝯnexe ſicut que. ad
act⁹ meritorios ſūt equales. Et lʒ ſiles
ſint uirtutes tñ alique dn̄r mr̄es uirtutū
nō ꝙ hitus uirtutis generet hitū ſʒ mo
tus motū ſicut dicit Ber. Idcirco inqt
parit cognitionē cognitō amorē amor fre
qnētiā frequētia. familiaritatē familiari
tas. fiduciā fiducia. ipetratio ipetratiōeʒ
ſcdm hūc modū quattuor dn̄r eē mr̄es
uirtutū. ſ. fides origine. q2 ex motibus ſi
dei ſurgūt motus aliaꝝ uirtutū. Chari
tas educatiōe prudētia rgimie. Hūilitas
cōſeruatōe. uitia uero nō ſū cōnexa ſicut
uirtutes rō h⁹mōi ē. q2 uitia ſunt in nob
ex opibus nr̄is que ſimilia ñ ſūt. uirtutes
āt theologices non ſūt i nobis ꝑ acquiſi
tionem: ſed per infuſionem. Alia ratio
ē quia uitia ſū oppoſita ad iuicē ſicut aua
ritia ⁊ ꝓdigalitas qd ñ eſt in uirtutibus

### De cōmēdatione uirtutū. Cap. ix.

u Irtus ꝯmēdabilis ē. primo a cā ef
ficiente que ē deus. Ipſā enim ut
ait Aug. ſolus ds in hoie opatur. ſcdo a
cā materiali in qua ē. q2 ñ niſi in bonos in
bitat nō ē ſicut d̄ bōis naturalibus ⁊ fortui
tis. q2 talia pluit ds ſup iuſtos ⁊ in iuſtos
tertio a cauſa formali. q2 eſt decor ſpūa
lis pſal. Omnis glīa eius filie regis ab
intus ⁊c̄. 4°. a cā finali Aug. premiū uir
tutis ē ipe q uirtutē dedit. virtus ē bona
multiplr. primo i ſe. q2 ſicut ait Aug. vir
tus eſt bona qualitas mentis. Nam bōa
poſſeſſio eſt que propinqua eſt ciuitati
hoc autem eſt intra ciuitateʒ quia in am
ma. ſecundo in cōparatione. Hebr. 13°.
Optimum eſt gratia ſtabilire cor. tertio
in operatione quia bonum facit hominis
opus quod non eſſet meritorium niſi ex
virtute procederet. Gregorius. Ni
hil habet uiriditatis ramus boni o
peris niſi manſerit in radice charita
tis: quarto in commutatione. quia de



lupo facit agnū.ꝛ tenebras conuertit i lu
cē. Malū.n.culpe in bonū grē cōmutat.
5° in diſtinctione.q2 p virtutes diſtinguū
tur filij dei a filiis diaboli. Jo.15°. In hoc
cognoſcent oēs ꝙ diſcipuli. m.e.ſi.di.ha.
ad inuicē. 6° i exēplificatiōe.q2 oēs ſci ſtu
debant virtutibus. Un comendamus in
Abel innocentiā. In Abrahā obediētiaȝ
In Moyſe māſuetudineȝ. In Dauid hu
militatē.ꝛ ſic de aliis. Laudabilis ē virt9
pp multa. Q2 magne dignitatis. chriſtū
.n.doctorē hūt. vnde Math.ii°. Diſcite
a me.q2 mitis ſū. ꝛ humilis corde. Quia
magne ſublimitatis. Tullius. Uirtus una
ē altiſſimis defixa radicib9. Quia magne
iocunditatis. ps. Ecce q̄ȝ bo.ꝛ q̄ȝ io. Quia
magne retributionis. ps. In cuſto ill.r e.
mul. Q2 magne utilitatis. Boe9. Nunq̄ȝ
ſine pena ſſ vitia.ꝛ nūq̄ȝ ſine premio ſunt
Ⱳtutes. Quia magne ſecuritatis. Tulliuſ
hoc donū ſapie eſt vt oia tua in te poſita
eſſe dicas. Cōmēdabilius eſt ſtudiū uirtu
tis ſtudio ſcientie rōe exēpli.q2 ſci hoc fe
cerūt. rōe auctoritatis. Aplus. Nō in ſer
mone ē regnuȝ dei.ſȝ in virtute. Prima
cor.3°. rōe effectus.q2 virtus pccm̄ expel
lit.ſcia nō. ratiōe originis.q2 virtus a deo
īfunditur.ſcia per ſtudiū acquiritur. rōne
finis.q2 finis virtutis ē gloria ꝛ non ſcie.
rōne obiecti.q2 virtutis obiectū eſt bonū
ſcientie vero nō. rōne materie in qua eſt
q2 virtus nō niſi in filiis dei.ſcia non ſem
per. rōne ſecuritatis.q2 ſecuriuſ ē eſſe bo
nū q̄ȝ eſſe phm̄ rōne honeſtatis.q2 maior
gloria eſt ſeq deū q̄ȝ Ariſtotelē. rōne uitā
di mali.q2 primi parentes ſi extendiſſent
ita manū ad liguū uite ſicut ad lignū ſcie
non icurriſſent tot mala i ſe.ꝛ in poſteris.
ſicut incurrerunt.

De effectu virtutum. Cap. 10.

V Irtutis gaudiū precellit gaudium
mūdi ſcilicet in duratione. prouer.
15°. Secura mens quaſi iuge gaudiuȝ. ſed
gaudium hypocrite ad inſtar puncti. Job
20. In puritate conſcie ſicut mundus re
queſcitur in floribus q̄ȝ in luto. In digni
tate. Glo. ad gala. Elatio animi d̄ his que
digna ſunt gaudiū mundi de indignis eſt
In ſalubritate. Sap. 8. Nihil vtilius i vi
ta hois. econtra gaudiū mundi. puer. xiiii
Extrema gaudii luctus occupat. In liber
tate. Ad gala. 4. Qua libertate xps nos
liberauit. Peccator āt ligatus eſt. puer.
5°. Iniquitates ſue capiūt impiū ꝛ funi
bus pccōrum ſuoꝝ conſtringit. In diuina
pñtialitate. Aug. Tale bonū eſt deus vt
nemini eū deſerēti bñ ſit.ſȝ nota cōtrariū
in malis. Uirtus operat̄ mira multiplex.
ſ.in celo cui uim facit. Un̄ Math.ii°. Re
gnū celorum vim patit̄ violēti capiūt il
laȝ. In mundo q2 cuſtodit hoiem ne com
burat̄ igne concupiſcētie. ꝛ ne mergatur
i aquis voluptatis.ꝛ ne inqnetur. luto in
continētie.ꝛ ne laceretur ſpinis auaritie.
In corde humano.q2 vulneratū ſanat.ꝛ
inquinatum mundat. mortuū viuificat. ex
cecatū illuminat. In inferno. quia ignis i
fernalis non pōt incendere Ⱳtuoſuȝ. ſicut
nec ignis materialis ſalamādram. Uirt9
rōnalem illuminat ad cognitionē veri. cō
cupiſcibilē excitat ad amorē boni. Iraſci
bilem cōfortat ad deteſtationē mali. Itē
deo aſſimilat.q2 patri per Ⱳtutis vigorē
filio per virtutis ſplendorem. ſpūi ſancto
per charitatis feruorem. Angelis cōfor
mat. Hiero. In carne eni preter carnem
viuere nature eſt angelice non humane.
Mentē iocūdat. ornat. ſublenat. honorat
ſanat. viuificat. cibat ditat. mūdat. Itē Ⱳ
tuſ mala preterita expellit. pñtia ipugnat
in futuris premunit. itē uirtus mentē be
ne inſtituit. dilectū deo hoiem efficit. fru
ctum tam premij q̄ȝ meriti adducit. tem
poralia diſcrete diſponit. opera que in ſe
indifferentia ſunt bōa facit. Sicut ea que
dicta ſūt declarant nobis effectus virtu
tum generales. ita ſunt ſingularuȝ virtu
tum effectus aliqui ſpāles. Sicut ē ꝙ hu
militas deo ſubiicit. pñtia reducit. iuſtitia
deducit. obedientia conducit. patientia p
ducit. perſeuerantia introducit. puritas
iungit. charitas deo vnit.

De merito virtutum.
Capitulum. 11.

M Eritū eſt boni operis efficacia ad
obtinendū illud qđ non habetur
vel ad habendum iuſtius quod habet̄. va
de per meritū de non debito fit debitum
ꝛ ipſum debitū fit magis debitū. Sic rex
dat equū quem miles non meruit. ſȝ per
vſum equi meret̄ eundē equū iam datuȝ
ad itelligendū p̄dicta ſciendū ꝙ Triplex
diſtinguitur meritum ſcilicet congrui. di
gni ꝛ condigni. Merituȝ congrui eſt per
quod diſponitur ſubiectum vt poſſit reci
pere grām ſecōm rōnem diuine iuſtitie.
Iſtud vocatur diſpoſitio materie. ſ. dum
quis facit qđ in ſe eſt. Meritum digni di
cit idoneitatem opantis ad aſſequendū il
lud quod meret̄. Meritū condigni dicit
equalitatem meriti ad remunerationem.
Dico āt equalitatem nō arithmeticā. ſed
geometricam. i. nō quātitatis. ſed propor
tionis. Et hoc pȝ q2 deus ſemp remune
rat ſupra meritū ſicut punit citra condi
gnum. Un̄ non eſt inter meritū ꝛ pmium
equalis quātitas. ſed proportio. q2 apud d̄
um non ē iuſtitia cōmutatiua. cum nulli d̄
beat aliquid. ſȝ diſtributiua. Uocatur aūt
iuſtitia cōmutatiua iuſtitia fori qua datur
unuȝ panis pro vno denario. vel vlna pā
ni pro ſolido. iuſtitia vero diſtributiua eſt
pricipium qua diſtribuūtur dona ſecōm
proportionē ad merita. ꝛ iſta eſt apud de
uȝ. Un̄ Ap9 ad Ro.3. Unuſquiſq̄ȝ ppaȝ
mercedem accipiet ſecōm ſuum laboreȝ
dicendū ergo ꝙ nullus meretur ſibi pri
mam grām ſcilicet merito digni ꝛ condi
gni. ſed tantūmodo merito cōgrui. Simi
liter exiſtens in charitate nō poteſt alte
ri mereri primam grām merito condigni
ſed merito digni.ꝛ merito cōgrui. poteſt
autem exiſtens in gratia mereri ſibi aug
mentum gratie ex cōdigno. ꝛ per conſe
quens merito digni.ꝛ merito congrui. p
ut ſuperius expoſita ſunt prefati treſ mo
di merendi generaliter habetur. vnde ſi
alii inueniuntur ad eoſdeȝ tres reduci po
terūt. Cū ergo d̄r ꝙ beata uirgo meruit
portare chriſtū. intelligendū eſt cōparati
ue. i. quia ipſa potius debuit portare quā
alia. vel pōt intelligi de merito condigni.
itē mali dicuntur mereri tpalia.q2 nulluȝ
bonum irremuneratum ſicut nullū malū
impunituȝ. ſed hoc d̄r improprie.q2 opera
in mortali facta non ſunt directe bona. cū
non ſint informata charitate. tamen quia
talia opera aliqd boni hñt. dñs interpre
tatur ea vt bona.ꝛ aliquid dat pro eis. itē
pccōr quandoq̄ȝ meret̄ occaſionaliter. ga
pauperes obtinēt bona interdū benefac
toribus ſuiſ. quaꝝ precium occaſio ſūt ele
moſyne. item ſatiſ improprie ſumitur me
ritū. vbi d̄r. Felix culpa que talē ac tantū
meruit hr̄e redemptorē. ibi enim ponitur
meruit pro exigebat.

De habitatione virtutum.
Capitulum. 12.

Q Uamuis nullus ſibi mereatur pri
mam grām. ſcōm ꝙ dictū eſt. pōt
tamen peccator ſe habilitare ad gratiam
faciendo quod in ſe ē.q2 nulli talium grā
denegatur. Hoc aūt non eſt ex merito di
gni vel condigni. ſed congrui. Hec Ⱳo cō
gruitas multo magis eſt ex parte di gra
tiam conferentis q̄ȝ ex parte hois ſe ad
grām habilitantis. quia in pparatione ad
grām ꝛ in infuſione gratie habet ſe aīma
ad modum materie. ipſe vero deus ut p
mum mouens ꝛ efficiens. alia rōne pȝ ꝙ
huiuſmōi congruitas ē magis a deo quā
ab hoie. quia hilitatio que ē ex parte ho
minis ſolūmodo dat locum diuine miſeri
cordie. vt ſalua iuſtitia poſſit alicui cōfer
ri gratia. quia iniuria fieret diuine iuſti
tie ſi tali daretur gratia in quo eēt obex.
ideſt voluntas peccandi. Sufficiens igi
tur habilitatio ad gratiam eſt. ſi homo fa
cit quod in ſe eſt. Facere autem quod in
ſe eſt tria complectitur ſcilicet vt homo
actum peccandi. ꝛ voluntatem peccādi
deſerat ꝛ conetur in bonum prout eſt ſi
bi poſſibile. Nota ꝙ omne meritum vel

demeritum acquiritur in hac vita. Unð
non facere bonū.ſed facere bene lauda
bile eſt. Non.n.verbis.ſed aduerbiis me
remur.

De operibus meritorijs.
Capitulum. ix.

O Pera meritoria totaliter ſunt a
gratia.⁊ totaliter ſunt a libero ar
bitrio licet principaliter a gratia. qꝛ gra
tia cōparatur ad liberum arbitriū.ſicut ſeſ
ſoꝛ ad equū quem dirigit.ita gratia diri
git liberū arbitriū exercitio virtutum.
Per nos.n.malū facere poſſumus. ſed
nō bonū. Ad efficaciā merēdi tria valēt.
Primum eſt difficultas operis quod pꝫ
in martyrio. Scðm promptitudo volun
tatis. Apꝰ.i.ad coꝛ.ix. Hilarem.n.da.di.
deus. Tertium eſt magnitudo charitatis
Ipſa.n.pondus ſanctuarij ſcðꝫ ꝙ omnia
que erant in tēplo ponderabantur. Ad
hoc ꝙ aliquod opus ſit meritoriū tria re
quiruntur. Primū eſt ꝙ ipſum opus ſi
at in charitate quia opa que fiunt extra
charitatem mortua ſunt ſicut carbo ex
tinctus. Secundum ꝙ fiat ex charitate.
multa enim fiunt in charitate que nō ſūt
meritoria ex eo ꝙ nō fiūt ex charitate.i.
qꝛ non referuntuꝛ ad finē debitū. Tertiū
ꝙ idem opus ſit referibile: hoc ideo dico
quia mala nō poſſūt bona intentōe fieri.
alioqui ſequeretur abſurditas ꝙ idē opꝰ
eſſet meritorium ⁊ demeritoriū. Atten
duntur aūt tria in merito ex pte hoīs
.ſ.ſubiectū hoc eſt aīa. Itē liberū arbitri
um. Itē intentō finis. His tribus rñdent
tria ex pte dei.ſ.gratia.virtus charitas.
Et gratia quidē reddit ſubm̄ deo gratū
Uirtus aūt hilitat liberū arbitriū. Cha
ritatis vero dirigit intentionē in debitū
finē. Dicit.n.Aug.ꝙ meritū conſiſtit pe
nes liberum arbitriū occaſionaliter.hoc
dicit qꝛ liberū arbitrium facit ad meritū
ſed nō ſufficit penes virtutē foꝛmaliter
hoc dicit.qꝛ ex virtute tāꝗ ex foꝛma pꝛo
cedit motus.⁊ elicitur de potentia pene
virtutum motū eſſentialiter. hoc dicit
quia motus eſſentialiter eſt meritū pe
nes gratiam efficaciter.hoc dicit.qꝛ ſine
gratia nullus motus ē meritorius penes
opus inſtrumentaliter.hoc dicit.qꝛ opus
exterius eſt cā inſtrumentalis ipſius me
riti. Nota generaliter quod nō meremur
ſine gratia neqꝫ paſſionibus inquātū paſ
ſiones.neqꝫ motibus nature. Dicit enim
philoſophus. Natura neqꝫ boni neqꝫ ma
li ſumus neqꝫ inuiti. Augꝰ. Nemo inuitus
bene facit etiam ſi bonū ē quod facit.ne
qꝫ libero arbitrio ligato. Quiſquis enim
nō habet vſuꝫ rōis ⁊ liberi arbitrii nō me
retur vel demeretur.ſicut ſunt infantes
doꝛmientes.inſani ⁊ alia bruta.

De virtute cardinaliū ⁊ theologica
rum. Cap. xiiii.

Q Uia meritū vel demeritum circa
finem actionum attenditur. ideo
nota regulas de hac materia. Ex fine dr̄
actus bonus vel malus.malus actus nō
fit ex fine bonus. Una intentio multos
actus infoꝛmat. Unde ſi aliquis intendit
vnum ſolidum dare ꝓ deo ita ꝙ quoti
die det vnum denariū ſi qn̄qꝫ obliuiſcit.
⁊ non refert in deū dationem hꝰ denarii
tamen datio eſt meritoria pꝛopter ipſaꝫ
intentionem primā. Finem ſub fine pōt
quis ponere. verbi gratia. Aliquis inten
dit ire ad forum ⁊ hoc intendit vt emat
medicinas.⁊ ad hoc emit eas ut curetur
ab infirmitate et ad hoc curari deſide
rat ut deo melius ſeruiat. In iſto vltimo
precedentes volūtates omnes ſunt me
ritorie pꝛopter vltimam.ſecundum eniꝫ
vltimum finem omnes precedentes vo
luntates iudicantur bone vel male. ma
xime quando pꝛiores actus ſunt indiffe
rentes. Diuerſi fines non ſunt faciendi
quorum vnus non ſit ad alium referibi
lis verbi gratia. Aliquis intendit ire ad
vnam domuꝫ vt luxurietur: ad hoc vult
luxuriari vt ſanioꝛ ſit ad hoc vult eſſe
ſanus vt ſeruiat deo. Iſte finis vltimus
illā voluntatem que ē luxuriari nō infor
mat. ſed potius econtra illa voluntas
iſtam intentioneꝫ defoꝛmat.qꝛ vna itērio
peruerſa plures dpꝛauat volūtates. No
ta ꝙ actio coꝛpalis pōt referri ad finem
tēpoꝛalem dūmodo referatur poſtmodū
ad deum. Actio āt ſpūalis vt pꝛedixi non
poteſt referri ad finem tēporalem etiam
ſi illud tēpoꝛale referatuꝛ ad deū. Et hoc
eſt quod dicit Aug. Debemus manduca
re vt euangelizemus nō euangelizare ut
manducemus.ſi āt in actionibus finis ꝓ
ximus ponat deus.⁊ finis vltimus aliqð
tempoꝛale malū eſt. Bene āt licet conſti
tuere duos fines.ſ. tēpoꝛalem.⁊ eternuꝫ
ita tamen ꝙ eternus ſit finis ultimus.

Quid mereamur.
Cap. xv.

O Pera bona ſūt meritoꝛia triū.ſ.ui
te eterne augmēti gratie. ⁊ remiſ
ſionis pene.pmū.ſ.pmiū ſubāle uite etne
rñdet radici opis.ſ. charitati.⁊ hoc ē pre
mium ſubāle vite eterne: pꝛemiū uero ac
cidentale rñdet operi.ſicut ⁊ augmentuꝫ
grē.qꝛ operibus excellētibus. ⁊ ſuperro
gationis meremur magis augmentū grē
quā aliis opibus. Remiſſio āt pene rñdet
penalitati opis.qꝛ opa que magis ſūt pe
nalia magis ſunt meritoꝛia remiſſionis
pene. Eſt eni regula i theologia ꝙ pena
pene reſolutoꝛia ē. Nota igr̄ ꝙ licet tota
uis merēdi vitam eternā.⁊ etiā alia conſi
ſtat in charitate.nō tamē totus effcūs.qꝛ
effectus merēdi cōſiſtit in magnitudie o
peris.ſicut pꝫ in merito remiſſionis pene
qð nō ſolū cōſiſtit i charitate.ſꝫ ēt in opi
bus penalibꝰ. Et huiuſmōi exēplum ha
bemus i xp̄o ꝗmeruit nobis apertioneꝫ
ianue padiſi cū effectu.hoc āt meritū nō
erat ex ſola charitate.ſed in charitate ⁊
excellentia operis.i.in ſua paſſione.ſcien
dum eſt ꝙ de pmio ſubāli meret hō tan
tum ꝑ unū actum quantū ꝑ mille manen
te eadē radice ⁊ non creſcēte ualent tn̄ o
pera huiuſmōi ad multa alia.vn̄ B. Iocū
dat mentē.virtutes ſtabilit.meritum au
get.ſ.meritū accidētalis pꝛemii. peccata
remittit quātū ad penā que dimiſſa ſunt
quo ad reatū per grām. Debilitat fomitē
remouet accidiā.excitat hoīeꝫ in aſſueſa
ctione bōi.atqꝫ repellit tentatiōes diabo
li. Nota ꝙ pꝛimā grām nullus pccōꝛ pōt
mereri pꝛope.⁊ hoc multiplici rōne.pria
qꝛ talis nō habet radicē merendi.i.grām
ſcða ꝓꝑ ſtatus indignitatē.qꝛ pccōꝛ non ē
dignus pane quo veſcit̄.tertia qꝛ nullius
hoīs opus placet deo niſi placeat ipſe pri
us.vn̄ pꝛius reſpexit deus ad abel quam
ad munera eius. vt dr̄ Gen̄.quarto.quar
ta qꝛ naturaliter ātecedit cā ſuum effcūꝫ
ſic ⁊ grā cū ſit cā meriti pꝛecedit meritū.
Ipſa eni ſcðm Aug. voluntatē noſtraꝫ ꝓ
uenit vt uelimus.⁊ ſeqtur ne fruſtra veli
mus. grā ſicut ſupꝛa dictū ē per bonū uſū
eius ⁊ merito condigni meretur augeri i
via vt aucta mereatur perfici in patria.⁊
hoc a deo cuius eſt grām infundere auge
re.⁊ perficere ſecundum cooperationeꝫ
voluntatis noſtre. Nam ſicut deus eſt ip
ſius grē fontale pꝛincipiū influendi ſic ip
ſe ſolus eſt pncipium augendi per modū
influentis.grā uero per modum meriti ⁊
dignitatis. ſed liberum arbitriū per mo
dum cooperantis.ſicut liberum arbitriū
per gratiaꝫ meretur merito cōdigni aug
mentum gratie in ſtatu vie.ſic etiā mere
tur merito condigni ipſius cōplementuꝫ
iu ſtatu patrie: quare autem mereamur
ex condigno vitam eternam multe ſt̄ cau
ſe.pꝛima eſt efficacia doni ſpiritus ſancti
cooperantis in merito.ſcða veritatis di
pꝛomittentis.tertia perſuaſibilitas liberi
arbitrii conſentientis ⁊ finaliter perſeue
rantis.quarta difficultas ſtatus merēdi
quinta dignitas xp̄i capitis noſtri interue
nientis qð gloꝛificari debet in membris
ſuis.ſexta liberalitas dei tribuentis queꝫ
non decet paruꝰ reddere. ſeptima eſt ob
ſequium fideliter ſibi optemperantis: oc
taua nobilitas operis quod ex charitate
procedit. quod tantum ponderatur in
conſpectu iudicis quantum amoꝛ ex quo

ꝓcedit ⁊ iõ nõ põt ſufficient niſi a ſũmo bono remunerari. Opa que nõ fiunt in charitate.i.cũ pccõ.lʒ non valeãt ad vitã eternã. valent tñ ad alia multa. vnde verſ⁹. Aptat.ſ.coꝛ ad ſuſceptionẽ gratie mi nuit.ſ.penã que deberet ſi nõ fieret illud opus nõ illã que iã debetur. Et dat bona terre.ſ.tẽpoꝛalia occupat.ſ.ne ſit hõ inte rim ocioſus vel operi malo deditus. Aſ ſueſcit.ſ.ad bene operandum delectat.ſ. mentẽ. Mitigat.ſ.fomitẽ. Arcet.ſ.fluxũ peccati. Ultimo ſciendũ ꝙ nullũ malum impunitũ. ⁊ nullũ bonũ irremuneratum.

De diffinitionibus ⁊ differentijs vir tutum Cap. xvi

Uirtutes ſcđm Macrobiũ dñr qñ qꝫ politice.qñqꝫ purgatorie.qñqꝫ purgati animi.qñqꝫ exẽplares. Primas docet Salomon i prouerbijs. Secundas in eccleſiaſtes. Tertias i canticis. Quar tas in deo legimus. Politice nãqꝫ dñr ſe cundum ꝙ regũt vitã humanã quo ad opera exterioꝛa. ⁊ ſcđm ꝙ pugnãt contra vitia. Purgatorie dñr ſcđm ꝙ iã ſunt in victoria vitiorum ⁊ reſpiciũt ꝑtim inte rioꝛa.ꝑtiʒ exteriora. Purgati animi. dñr qñ deuictis iã vitiis poſſeſſoꝛ virtutũ ge eſcit raro inſurgentibus ꝑmis motibus: Exẽplares dñr que in mente diuina con ſiſtunt. Nã idee virtutũ i deo ſũt ⁊ ipſe rerum oium eſt exẽplar. Ariſtoteles di uidit virtutes intellectuales ⁊ conſuetu dinales. Intellectuales diuidit i pruden tia. Artẽ intellectũ ſciam ⁊ ſapiam uirtu tes moꝛales diuidit i principales que ſũt tẽperantia foꝛtitudo ⁊ iuſtitia ⁊ in adiun ctas que ſunt manſuetudo humilitas. ⁊c̃ Et hic ordinant nos ad deum. qꝛ ſophya regit affcũm intelligentia intellcm̃ ſʒ fro neſis vtrũqꝫ. prudentia eũ ſpiritus regit cogitationes ⁊ affectiões. virtutes vero conſuetudinales diuidit in honeſtatẽ : ⁊ liberalitatẽ. Hec duo oꝛdinãt nos ad hoi nem. qꝛ honeſtas oꝛdinat hoiem quo ad ſe ipſum liberalitas quo ad proximũ. itẽ philoſophia moꝛalis diuiditur i ethicam hiconomicã. ⁊ politicã. Harum pꝛima mo res quo ad ipſũ hoiem ſiue quo ad ſe ipʒ iſtruit. ſecũda familiã diſponit. tertia vr bes ⁊ regna gubernat ⁊ regit. Circa vir tutes hoc tenendũ eſt cũ ſit vna gr̃a gra tificans animã ſeptẽ tñ ſũt virtutes qb⁹ humana vita regitur. Tres quidẽ theo logice. ⁊ quattuoꝛ cardinales ⁊ licet he virtutes ſint gratuite ꝑ infoꝛmantẽ gra tiam. pñt tamẽ fieri infoꝛmes ꝑ culpã. ⁊ iterũ infoꝛmari per pñiam adueniente gratia que ẽ hituũ virtus oꝛigo. finis. ⁊ foꝛma. Nã cũ hitus aliarũ virtutũ hñt ſine gratia ⁊ charitate in quibus cõſiſtit vita virtutũ dñr infoꝛmes cuʒ ãt gratia ſuperuenerit. tũc foꝛmant ⁊ decorantur ⁊ deo fiunt acceptibiles. Unde virtutes infoꝛmes ſunt ſicut colores in tenebris. ⁊ ſicut carbones extincti ⁊ ſicut rami ari di ⁊ ſicut ale moꝛtue ⁊ ſicut auruʒ obſcu ratũ ⁊ ſicut gẽme conuerſe in ſcilices. E contra virtutes foꝛmate ſicut colores ſũt in luce viſibiles qdẽ aſpectui cõplacẽtes ⁊ ſicut carbones ardentes. ⁊ ſicut rami virentes ⁊ ſicut ale viuentes ac valẽtes ⁊ ſicut aurum fulgens ⁊ ſicut gẽme vas aureum decorantes. differentia ẽ inter virtutes ⁊ ꝑcepta ⁊ dona ⁊ fruct⁹. ⁊ bea titudines. qꝛ uirtutes potentias diſponũt precepta opa reſpiciũt dona virtutibus perfectionẽ addunt fructus ſpũi ſiue gu ſtui ſaporẽ ſpiritualẽ apponũt beatitudi nes ipſis virtutibus ſtatũ. ſiue vie. ſiue patrie cõtingunt. Alia eſt differentia. qꝛ virtutibus bene opamur dõis expedite beatitudinibus perfecte operamur. ſed fructibus fruimur deo

De differentia virtutuʒ cardinalium ⁊ theologicarum. Cap. 17

Differentia virtutũ theologicarũ ⁊ cardinalium hec eſt quia theolo gice mouent ad fineʒ ſed cardinales mo uent ad ea que ſunt ad finem. Alia dif ferentia eſt. quia theologicarum virtu tũ finis et obiectũ eſt ipſe deus. ⁊ non obiectum pꝛoprie. Item virtutes theologice habentur ꝑ infuſionẽ. cardina les vero ꝑ acquiſitionem. Itẽ theologi ce mouent ad opa ex rationibus ſumptis a iure diuino. ſʒ cardinales a iure natura li. Item virtutes theologice attendũtur qñtum ad actus interioꝛes. cardinales ve ro quantũ ad opa exterioꝛa. itẽ theologi ce non habent ſine donis. cardinales vo haberi pñt ſine donis. itẽ theologice ſunt diſcretiue actuũ in deũ. cardinales vero in pꝛoximũ. itẽ i theologicis ſic ẽ ꝙ hitus generat actus. ſʒ in cardinalibus eſt econ tra. qꝛ ibi actus generat hitus. vnde phi loſophus. Quales inqt ſunt actus. tales ſunt habitus.

De virtutibus theologicis in genere. Capitulum. 18.

Anima quantũ ad ſuperioꝛẽ parteʒ in qua cõſiſtit imago trinitatis rec tificari hẽt per tres ꝟtutes theologicas vñ ſicut imago creatoꝛis conſiſtit in trini tate habituũ cũ vnitate gratie. ſic ꝑ hoſ tres habitus uirtutũ anima fertur in ſũ mam trinitatẽ ſcđm tria appꝛopꝛiata trib⁹ perſonis. ita ꝙ fides dirigit in ſũme veꝝ credendo et aſſentiẽdo. Spes vero in ſũ me arduum innitendo ⁊ expectãdo. chari tas autẽ in ſũme bonũ deſiderãdo ⁊ amã do. Uirtutes theologice differũt inter ſe multipliciter. pꝛimo ſcđm actus pꝛopꝛios. Nã fides facit deo aſſẽtire. ſpes in deo cõ fidere. charitas facit deum amare. Scđo differunt rõe ſubiecti. qꝛ fides ẽ in ratio nabili. ſpes i iraſcibili. charitas in cõcupi ſcibili. i. ãbe ſunt in volũtate que pꝛopter ſimilitudinem actuũ accipit noia harum potẽtiaruʒ. Tertio differũt rõne obiecti Nã fides eſt circa uerũ. ſpes circa arduũ charitas circa bonũ. Quarto rõe effect⁹ Nã fides in pñti deũ ſequitur. ſpes in ce lũ comitatur. charitas perenniter ãplexa tur. Quinto differũt rõne finis. qꝛ per fi dẽ cognoſcitur deus vt veritas. per ſpeʒ habet vt eternitas. ꝑ charitatem diligit vt bonitas.

De fidei vtilitate. Cap. xviii

Fides eſt ſubã ſperandarũ rerũ ar gumentũ nõ apparentũ ſcđʒ apl̃m ad hr̃. xi. In hac diffinitione fides dicitur ſubã. i. fundamentũ ſubſtãſ edificio ſpũa li qđ eſt gratia ⁊ gloꝛia. ipſa nãqꝫ fides fa cit aliqualiter res ſperãdaſ i nobis ſubſi ſtere per gratiã. ⁊ faciet tãdem per glori am. qꝛ ipſa ẽ pꝛimus hitus virtutũ pꝛim⁹ dico nõ tẽpoꝛe. ſʒ natura. Rerũ ſperãda rũ dicitur qꝛ fides per aſſenſuʒ facit i no bis ſubſiſtere res ſperãdas. argumentuʒ dicit. i. arguens mentẽ. qꝛ fides inclinat i tellectũ ad credẽdum id quod nõ appa ret. ⁊ ꝑꝑ hoc dicit potius argumẽtum qꝫ cõcluſio. qꝛ fides pꝛobat de nõ apparenti bus ꝙ ſit. ⁊ nõ pꝛobatur. Nõ apparẽtũ di citur. qꝛ fides ſuã ꝟtute ⁊ luce mãifeſtat ea que nõ apparent tã ꝑterita qꝫ pñtia. ⁊ qꝫ futura preterita qdẽ qꝛ ſcđm apoſtolũ ad he. xi. Fide itelligimus aptata eẽ ſecu la. pñtia vero ſic ait Aug. demus deo ali qd poſſe. ⁊ nos itelligere ñ poſſe. Futura ãt qꝛ ꝑ fidẽ credimus reſurrectionẽ moꝛ tuoꝛũ ⁊ huiuſmõi. Fides dr̃ multipliciter. ſ. hitus infoꝛmatus charitate. illuminãs mentẽ ad credẽdũ. act. 15⁹. Fide purificãſ coꝛda eoꝝ. Equalitas ifirmiſ. Jac. 2⁹. Fidẽ ſine operibus moꝛ. ẽ Motus fidei Aug. Fides eſt credere qđ nõ vides. Facilitas credẽdi. Mat. 8°. Nõ inueni tantã fidem in Iſrael. Deuotio fidei. Math. 15. Mu lier magna ẽ fides tua. articulus fidei. vñ i ſymbolo athanaſij. Hec ẽ fides catho lica ut credamus ⁊ cõfiteamur. Sicut in aliqua ſcia quedã ſũt antecedẽtia vt ſup poſitiões quedã vero cõſequentia ut con cluſiones. quedã quaſi media vt ꝑpoſitio nes pꝛobãtes. Ita i doctrina fidei quedã ſũt ibi ad modũ ſuppoſitionũ ut uniuerſa lia añcedentia articulos. ſ. ꝙ ſcriptura ſit cõdita ⁊ expoſita inſpiratione ſpũs ſci. et ꝙ vera ſũt que loqtur dominus i ſcriptu ra. per ſanctos ſuos. ⁊ huiuſmodi. quedaʒ ad modum cõcluſionum. vt ea que ad mo res pertinent ſcilicet foꝛnicationem eſſe moꝛtale peccatum. ⁊ huiuſmodi. quedam

ad modū propoſitionū; vt articuli fidei.
Et nota ꝙ fides eſt quaſi media iter opi
nionē ⁊ ſciam. qꝛ opinio ſe habet ad vnā
ꝑtem cōtradictionis cū formidine alteri
us partis ⁊ ſine cauſe cognitione. Scien
tia vero ſe hēt ad aliam ꝑtem contradic
tionis ſine formidine relique ⁊ cū cauſe
cognitione ac per media neceſſaria. vnō
ſcia ē neceſſariorū. ⁊ ita pȝ ꝙ fides ꝑtici
pat cū vtraq;. Ad fidei perfectionē ſeptē
ꝑtinent. Primū eſt ꝙ prime veritati in
nexa ſicut fides Moyſi q ſe negauit fili
um filie Pharaonis magis eligens affli
gi cū populo dei q̄ȝ tpalis pcci hr̄e iocun
ditatē ſcōm eſt ꝙ ſit charitate formata
ſicut Magdalena quam fides ſaluā fecit
q cui dimiſſa ſunt peccata multa. quoniā
dilexit multū. tertiū ē ꝙ ſit deuotiōe fer
uidā ſicut illius mulieris cui dixit dñſ. O
mulier magna ē fides tua Mat. xv. quartū
ꝙ ſit bonis operibus ꝓbata. ſicut fides
cornelii. quintū ꝙ ſit fortitudine robora
